P. II. 218 *& 8. 12. Conf. & Joh. 9. 2. 3. Sic ἁμαρτωλοὶ in N. T. ponuntur pro* notoriè sceleratis. *Gejer. Cum Aff.* חֹטְאֵי *i. e.* חֹטֵא עָלַי peccans contra me *Prov. 8. 36. ut* סָמַי *Pſ. 18. 40. Fut.* פָּקַדְתָּ נָוֶךָ & curabis habitationem tuam nec peccabis *i. e.* habitationem tuam curabis impunè *Job 5. 24. Hithp. Fut.* יִתְחַטָּאוּ à confractionibus, (*ne confringantur ab eo*) deflectunt, (*effugiunt.*) *Job 41. 16.*

חַטָּא *m.* Peccatum, pœna peccati. לָשֵׂאת חֵטְא לָמוּת ut ferant peccatum ad moriendum *i. e.* & morte pœnas luant *Num. 18. 22.* וְלֹא תִשְׂאוּ עָלָיו חֵטְא ne feratis ſuper ea culpam *vel* pœnam *i. e.* ut ob ea non plectamini *v. 32. Aff.* בְּחַטָּאוֹ mortui ſunt in peccato ſuo, *ſc.* inter eos, qui illis 40. annis perierunt *Num. 27. 3.*

חַטָּאָה *f.* I. Peccatum. II. Holocauſtum pro peccato, piaculum *Pſ. 40. 7.*

חַטָּא *m.* Peccator, verſipellis. *Plur.* חַטָּאִים בְּנַפְשָׁם peccatores in animas ſuas *i. e.* ſeipſos perdiderunt, capitali culpa reos ſe fecerunt *Num. 16. 38 vel 17. 3.* וְהָיִיתִי אֲנִי וּבְנִי חַטָּאִים & ero ego & filius meus peccatores *i. e.* mecum & cum filio meo peſſimè agetur *1 Reg. 1. 21. Hebræi exponunt,* erimus falſi & fruſtrati *h. e.* fruſtrabimur ſpe noſtra, qs. aberrantes à ſcopo. *Vatabl.*

חַטַּאת חַטָּאָה *f.* I. Peccatum II. Sacrificium pro peccato, piaculum *Exod. 29. 14. 36. Lev. 4. 3. 14. 24. & 5. 9. Hoſ. 4. 8. Mic. 6. 7. Conſtr.* חַטַּאת הַכִּפֻּרִים ſacrificium pro peccato expiationum *i. e.* ſacrificium propitiatorium *Num. 29. 11. Aff.* הֶעֱבִיר חַטַּאתְךָ tranſire fecit *i. e.* remiſit tibi peccatum *2 Sam. 12. 13.* P. II.

חוּט *m. pro* חָטֶר *Extenſum quid:* Filum, *Jud. 16. 12.* וְחוּט שְׁתִּים עֶשְׂרֵה אַמָּה יָסֹב אֶת־הָעַמּוּד הַשֵּׁנִי & filum *menſorium* duodecim cubitorum ambiebat columnam alteram ſ. utramque *i. e.* circuitus utriuſque columnæ erat cubitorum duodecim *1 Reg. 7. 15. v 23. ſcribitur* וְקָו שְׁלֹשִׁים בָּאַמָּה יָסֹב אֹתוֹ סָבִיב & filum *menſorium* triginta cubitorum eum ambiebat circumquaque *i. e.* ambitus erat triginta cubitorum. 211

שָׁחַט *Excivit, excidit,* Mactavit, jugulavit. *Part. Pah.* שַׁחְרִיט Jugulans factus, qui vulnerat. חֵץ שַׁחְרִיט *βολὶς τιτρώσκουσα* telum vulnerans lingua eorum Jer. 9 7. 774

שְׁחִיטָה שַׁחֲטָה *f.* Mactatio *Conſtr.* שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים לְכֹל לֹא טָהוֹר erant occupati in mactatione Paſchatum *in mactandis victimis paſchalibus,* pro omnibus, qui non mundi erant *2 Par. 30. 17.*

טָחָה *Excivit, ejecit,* jaculatus eſt: *hinc Pih. Part.* מְמַטְחֵי קֶשֶׁת ſicut qui jaculantur arcu *i. e.* quantum qui arcu certant ſolent à ſcopo recedere *Gen. 21. 16.* 264

טָחַח *Exeivit, amovit, abſcondit, hinc*

incruſta-

P. II. incrustavit, levit, obduxit, trullisavit. *Germ.* tünchen.

טִיחַ *m.* Tectorium.

טֹחַ *m.* טָחָה *f.* Absconditum, occultum. *Plur.* הֵן אֱמֶת חָפַצְתָּ בַּטֻּחוֹת ecce veritas, s. justitia *quam* tu amas, est in occultis *i. e.* maximè occulta est *Ps. 51. 8. ubi* טֻחוֹת *respondet* סֵתֶם

265 טָחַךְ *à* טָחָה *Excivit, ejecit, excussit, discussit, comminuit, hinc* moluit, commoluit.

טְחִנָה *f. unde Plur.* טְחֵנוֹת molitrices, molares dentes *Eccl. 12. 3. Excell. Dn. Majus F. intelligit*, servos & servas. *vid. ejus Obs. sacr. l. 3. p. 63.*

טְחוֹן *m.* Mola.

טַחֲנָה *f.* Molitio.

237 חָבַט *idem quod trajectis literis* טָחַן Moluit, commoluit. II. *Lat.* Condivit *aromatibus, à nomine* חָבוּט חָבוּט *vel* חָבוּט *Part. Kal. Commolitus, contusus, vel quod contundi solet*, aroma, conditura. *Plur.* יְמֵי חֲבָטִים dies conditurarum *i. e.* quibus condituræ fiebant. *Gen. 50. 3.*

חִט *m.* חִטָּה *f.* Triticum.

539 עָטָה I. *Excivit, avocavit*, declinavit, rejecit. II. *Concivit, concitavit, concitatus est*, subitò contendit, festinavit, *Gr.* ἀΐσσω: III. *Accivit, assumpsit*, amicivit, *Germ.* anziehen / *Gr.* ἀμφιεννύω operuit, obvelavit, amicivit se, opertus fuit. *Prat.* רָעָטָה אֶת־אֶרֶץ מִצְרַיִם & declinabit, *rejiciet* terram Mizraim, ut declinare, *rejicere* solet pastor vestem suam *rejiciendam, detritam Jer. 43. 12. Alii* circumponet, amiciet, &c. *Sed* I. *incongrua & insolens est hæc locutio circumponet terram Mizraim.* II. *LXX. verbum* עָטָה *reddunt hîc per* φθειρεῖν *quod corruptè legitur pro* φθερεῖν *corrumpere i. e. rejicere ut penitus corrumpatur.* III. *Consona videtur locutio Ps. 102. 27. Part.* בְּעַטָיָה cur essem qs. festinans *i. e.* celeriter huc illuc currens vel peragrans *Cant. 1. 7. Hunc in modum explicant hoc verbum Vulgatus, Syrus, Münsterus, Kimchi, Aquila.* עָטָה עָטֹה & rejecturus sum te rejiciendo *Jes. 22. 17. Fut.* עַל־שָׂפָם יַעֲטֶה in mentum assumat tegmen *Lev. 13. 45.* לֹא תַעֲטֶה עַל־שָׂפָם non tegmen facies circa mentum *Ezech. 24. 17. more sc. lugentium Conf. 2 Sam. 19. 24.* וַיַּעַט בָּהֶם & declinavit ab iis *sc. donum. Sic LXX. Vel*, abegit eos, *ut Arabs explicat, vel concitatus i. e.* invectus est in eos *1 Sam. 25. 14. Hiph. Prat.* הֶעֱטִיתָ עָלַי בּוּשָׁה & concitasti, excitasti super eos pudorem, *Psal. 89. 46.*

עֵט *Part. Pih. apoc. pro* עָטָה Stylus *concitatus*, calamus.

עַיִט *m.* Avis *concitata, velox. Spec.* Aquila *Job 28. 7.*

מַעֲטֶה *m.* Pallium, operimentum. 540

שַׁעֲטָה *unde fœm.* שַׁעֲטָה Concitatio, tumultus, strepitus, plausus. *v. P. II. 812.*

עִטּוּשׁ *pro* שִׁעִטּוּשׁ *m.* Concitatio, *Arab. & Rabb. est* Sternutatio.

יַעַט

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1019896752/phys_0115 DFG

P. II. 305 יָעַט Amicivit, induit.

389 לָעַט *Kal. inuſ.* Excivit, produxit, exprompſit, *vel, concivit,* concitavit. *Hiph. Imp.* הַלְעִיטֵנִי fac expromere me, *vel* concita mihi *i. e.* fac ut celeriter accipiam *Gen. 25. 30.*

418 מָעַט *Excivit, avocavit,* ſeparavit, declinavit. II. Parum, paucum eſſe, &c.
מִעַט *m. Separatum, abſciſſum, hinc* I. Paucitas, parum, paucum. II. Scoria. בְּמִעַט qs. exile aliquid *Pſ. 105. 12. vel, ſi* ב *non eſt ſimilitudinis, ſed verificativum,* plane exiguum quiddam, לֵב רְשָׁעִים כְּמִעַט argentum lectiſſimum eſt lingua juſti, ſed cor impiorum ſicut ſcoria *eſt Prov. 10. 20.*

540 עָטַף *pro* פָּעַט I. *Maximè excivit, excitavit, excivit ſe,* exiit, *Jeſ. 57. 16.* II. *Concitavit, concitatus fuit,* contendit *Job. 23 9.* III. *Accivit, aſſumpſit,* induit, amicivit, operuit, obtexit, obruit *Pſ. 65. 14. hinc* IV. Triſtis, afflictus fuit, *vel* languit, *qs. obtectus, involutus fuit. Part. Plur.* הָעֲטוּפִים languentes *oves Gen. 30. 42. Aquila* ὀψιμα, *Chald.* לְקִשְׁיָא ſerotina *explicat. Sed ſi* עֲטוּפִים *à* קְשׁוּרִים *diverſitate temporis & anni diſtinguerentur, Jacobus ſeipſe defraudaſſet: meliores enim naſci oves autumno Bochartus ex Plinio & Columella demonſtrat. II. Dolus Jacobi occuli non potuiſſet, ſi Labano per aliquod tempus nihil proveniſſet. Fut.* יַעֲטֹף־שִׁית

חָמַס לָמוֹ amicire, *induere* ſolet ornatum *quilibet eorum,* violentia ipſis *eſt Pſ. 74. 6. Alii aliter vertunt. Sed hanc expoſitionem requirit tum accentuatio, tum conſtructio vocum.* P. II.

מַעֲטָפָה *f. Gr.* πέδιλον, talaris *tunica,* Mantel-Rock. *Jeſ. 3. 22.*

458 בָּטַע *Excivit, excitavit, coluit, hinc* Plantavit, transplantavit, implantavit, infixit.
נְטִיעַ נָטַע נֶטַע *m.* Planta, ſatum, plantatio.
מַטָּע *m.* Planta, plantatum, plantationis locus.

540 עָטִין *pro* נָטִיר *m.* Uber, *ab exciendo ſ. exſugendo ſic dictum, Græcè* עָטִין *effertur* ἔθαρ, *Germ.* Euter. *Plur. cum. Aff.* עָטְיֵנִי ubera ejus *Job 21. 24. Alii aliter vertunt. Sed* עָטִין *Uber eſſe docet* I. *contextus, quo* עָטִין *plenum eſſe dicitur lacte.* II. *Convenientia literarum in Gr.* ἔθαρ, *Germ.* Euter/ *& Hebr.* עָטִין III. *Significatio verbi* נָטַע *quæ eſt propriè excivit, hinc exſuxit.* IV. *Conſenſus interpretum. Ita enim hanc vocem transferunt Chaldæus, Münſterus, Vatablus aliiq;.* Aliter *ſentit Bochartus, quis enim, inquit, hoc ferat, ubera lacte plena viris tribui? Sed benè notandum, ubera hîc viris tribui, non quod talia in ſuis corporibus, ſed in pecoribus habeant.*

סָטָה *Excivit,* avocavit, declinavit, *hinc* סָטֵה * *i. e.* סָטֵה declinans eſt Dominus *à domicilio* &c. Viri nomen *Ezr. 2. 55.*

סוּט

P. II. 765 סוּט Declinavit, *Part.* סֹטִים declinantes.

שִׁטָּה *Excivit, avocavit*, declinavit.

776 שָׂטַם *Declinavit*, aversatus, adversatus est, odit.

מִשְׂטְמָה *f.* Odium.

שָׂטָן Aversatus, adversatus est.

שָׂטָן *m.* Adversarius. בִּי־תִהְיוּ־לִי לְשָׂטָן quod estis mihi in Satanam *i.e.* quod mihi adversamini *2 Sam. 19. 22. vel 23.*

שִׂטְנָה *f.* Aversatio, accusatio *Ezr. 4. 6.*

765 שׂוּט Declinavit, deflexit, &c.

264 טוּשׁ *Trajectis literis*, Declinavit, deflexit, inclinavit. *Fut.* יָטוּשׁ ut aquila deflectit, *fertur* ad escam *Jcb 9. 26.*

491 סָאָה *Excivit, avocavit*, amovit, sustulit, abstulit.

סְאָה *f. LXX.* μέτρον & μετρητὴς *1 Reg. 18. 32. quam vocem etiam pro* בַּת *Hebr. ponunt 2 Par. 4. 5. cum tamen Bath plus quam Seah continuerit.*

סַאסְאָה *f.* Mensura cumulata.

כָּאַן *Excivit, provocavit, hinc* Conflixit.

809 שָׁסַס שָׁסָה Admodum sustulit, amovit, diripuit, prædatus, deprædatus est, laceravit. *Part.* שֹׁסֶה *Plur.* שֹׁסִים diripientes, tyranni *Jud. 2. 13.* prædones *2 Reg. 17. 20.*

810 מִשְׁסֶה *2 Reg. 21, 14.* מְשִׁסָּה *f.* Direptio, dilaceratio.

כָּדָה *Excivit, avocavit*, amovit, sustulit, removit, &c. P. II.

סְתִיו סְתָו *pro* סְוָת *vel* סְוִית *f.* Hiems *auferens germina terræ*, &c. *Cant. 2. 11.*

סוּת *à quo Hiph.* הֵסִית *Excivit*, excitavit, incitavit, persuasit. 500

מָסָה *Excivit, effudit*, dissolvit, liquefecit, liquavit. 416

מָסַס Dissolvit, liquefecit. *Niph. Fut.* הִמַּס יִמַּס liquescendo liquescet. הִמַּס *2 Sam. 19. 10. Hiph. Prat.* הֵמַסּוּ אֶת־לְבָבֵנוּ *unde* & liquefecerunt *i.e.* fregerunt animum nostrum *Deut. 1. 28.*

הֶמֶס *m.* Liquidum, res liquida. 417

תֶּמֶס תְּמֹס *m.* Liquefactio.

מָסַךְ Liquefecit, liquavit, illiquefecit, infudit, perfudit, *hinc spec.* μίγνυμι, μισγεῖν, miscere, mischen. *Prat.* מָסְכָה יֵינָהּ miscuit vinum suum *Prov. 9. 2.* diluit, *temperavit aqua, pro more illarum regionum calidiorum: unde* ἀκρατοποσία *meracior potus fere probro ducebatur, quam, utpote Scythis usitatam* Σκυθικὴν πόσιν *Pollux & Athen. appellavit.*

מִמְסָךְ מָסֶךְ *m.* Mixtio, mixtura, libamen, crama, potus temperatus *Psal. 78. 8. vel 9.* לַחְקֹר־מִמְסָךְ ad investigandum merum *Prov. 23. 30. Alii*, vinum mixtum. *Sed bibuli isti merum potius, quam vinum aqua dilutum investigabant, hoc enim passim habebatur, nec illorum palato gratum erat.*

P. II. 394 מָאַס *Excivit, avocavit, amovit,* averſatus eſt, ſprevit, repudiavit, reſpuit, reprobavit. *Fut.* יִמְאַס *hinc* וַיִּמְאָסֵהוּ מִמְּלֹךְ & reprobabit te, ne ſis rex *i. e.* regno te privabit *1 Sam. 15. 23.* וַיִּמְאָסוּ בְּאֶרֶץ & recuſarunt in terram *ſc. ingredi Pſ. 106. 24. Niph. Fut.* יִמָּאֵס cutis mea abſtracta eſt *Job 7. 5.* וְנִמְאָסוּ abſtrahentur *Pſ. 58. 8.*

סָמָה *Civit,* excivit, ſelegit, elegit. *Verbum inuſ.*

507 סַם *Part. Pih. apoc. pro integr.* סַמָּה *ſelectum quid,* Aroma.

סָמֵן *unde Niph. Part.* שְׂעֹרָה נִסְמֶנֶת hordeum ſelectum, egregium *Jeſ. 28. 25. Vulgò* ſignatum.

675 סֶסֶם *m. Selectiſſimum, perfectiſſimum, hinc Lat.* Sagacitas, *Gr.* ὀξυχίνοια, divinatio, oraculum. *Plur.* סְסָמִים *pretium ſ. pramium* divinationum *Num. 22. 6. vel 7.* בֶּסֶף *ſubaud. hinc verbum*

קָסַם Divinavit.

מִקְסָם *m.* Divinatio.

507 סָמַךְ I. *Excivit, ſelegit.* II, Suſtentavit, fulcivit, fulcimento fuit, *à nomine* סָמְכָה *ſignificatione verbi petita.* II. Suſtinuit ſe, nixus, innixus fuit, incubuit, *& ſic conſtr. cum* עַל III. *Excitatus, concitatus fuit ad aliquem,* appropinquavit, acceſſit *ad aliquem, & ſic conſtr. cum* אֶל *Part.* סֹמֵכ֫ יְיָ בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי Dominus eſt mihi loco ſuſtentantium animam meam *Pſ. 54. 6. Similem locutionem vide in* עוֹר

סְמוֹךְ *m. Rabb. Selectum, præſtans:* Fulcrum, fulcimentum. P. II.

שְׁמִיבָה *f. Selectum, eximium:* ſtragula villoſa.

תָּמַךְ Maximè ſuſtinuit, ſuſtentavit, apprehendit, tenuit. 844

שָׁמַם *unde verbum inuſ.* שָׁמֵם *Excivit,* ſelegit, &c. conſummavit, &c.

שְׁמָמִית *f. Selectum, egregium quid:* Bombyx *Prov. 30. 28. vel* שְׁמָמִית conſummationem, conſumtionem *notat, & bombyx animal conſumtionis dicitur, quod nendo ſeipſum conſumit. Quibusdam eſt* pluvialis vermis, *aliis* reptile alatum. *R. Jonas vult eſſe* hirundinem, *abſurdiſſimè, cum ea nec manus habeat, nec ſit animal terreſtre: Aliis* ſimia, *animal ſolertiſſimum, quod manibus tractat hominum more & regibus ſit in deliciis, adde quod & vox ſimia literis cum* שְׁמָמִית *apprimè conveniat. At ſimia non numeraretur inter puſilla animalcula, formicam, &c. Aliis eſt* aranea. *Ita R. Levi, Kimchi & Elias, quos ſequuntur reliqui interpretes ſummo conſenſu. Huic manus eleganter tribui dicunt, quod telam veluti manibus faciat, qua vehatur de loco in locum, pedes ei eſſe loco manuum, quibus expeditè & artificioſe filum prehendat. Sed & hac interpretatio falſa eſt. Nam* I. *Nullibi vel in ſ. Scriptura vel in veterum Hebræorum ſcriptis aranea dicitur* שְׁמָמִית *ſed ubiq;* עַכָּבִישׁ II *Aranea qd. tribuuntur digiti ab Ariſtoph. in Ranis*

P. II. 344 *in Ranis act. 5. & Ovid. Metam. 6. 2. à nemine autem manus, nam pedes ejus digitos ejus utcunq; imitantur, manus autem minimè.* III. *Non dixisset, araneam manibus h. e. pedibus apprehendere, quod leve est & vulgare, sed nere & texere, quod peculiare est & Θαυματῶδες.* IV. *Nec dixisset, eam esse in regum palatiis, quum potius in pauperum ædibus sit, ut notum est ex apologo de podagra & aranea. Bocharto* שְׁמָמִית *est* stellio; *Nam* I. *sic LXX.* καλαβώτης. II. *Sic & Hieronymus.* III. *Sic etiam Syrus, cui* אמקתא *amaktha vel amkatha id ipsum est.* IV. *Ut est Chaldæum* אקמיתא *mutato literarum ordine.* V. שְׁמָמִית *pro lacertæ genere adeoq; pro stellione poni videtur ex Lev. 11. 30. ubi legitur Semamitha in Samarit. & in Chaldæis duobus Jon. & Jeros. In illo pro* אנקה *anaka, in his pro* לטאה *letaa, ubi in LXX. est* καλαβώτης *in Vulg. stellio.* VI. *Hebræos veteres sic usurpasse constat ex Talmud. de Sabbato c. 8. p. 77.* Terror Semamith super Scorpionem. *Jam scorpioni terror est non aranea, sed stellio, quod referunt Plinius 29. 4. Ælian. hist. 6. 22.* VII. *Stellio est animal pusillum.* VIII. *Muscas captat & manibus, quæ pedes ejus anteriores sunt, apprehendit. Augustin. confess. 10. 35.* IX. *Stellio est animal domesticum & moratur in ædibus regis i. e. in ostiis & fenestris, ut docet Plin. 30. 3. Sed quicquid clarissimus Bochartus dicat, mihi nunquam persuadebit,* שְׁמָמִית *esse stellionem. Quis enim credaret, stellionem animal venenatum, deforme & terribile, quod in præsepibus, Aristot. hist. 9. 1. prope cloacas, Anton. Liberal. Metam. 24. in locis ostiorum fenestrarumq; aut cavernis sepulchrisve degit. Plin. 30. 10. præcipuè in palatiis regum haberi & tolerari. Mihi* שְׁמָמִית *est Bombyx. Convenit enim* I. *etymologia,* שָׁמַם *quippe denotat aliquid selectum, egregium s. consumptionem, &c.* II. *Affinitas* שְׁמָמִית *cum Germ.* Sammet / *panno ex opere bombycis facto.* III. *Descriptio à viro Sapiente data. Nam bombyces eorumq; opera à Christo* ἱμάτια μαλακὰ *dicta Matth. 11. 8. inprimis in regum palatiis inveniuntur, etiam manu tractant i. e. nent & telas mulierum more tractant.* P. II.

בֹּשֶׂם בֹּשֶׂם בֹּשֶׂם *m. Cum* ב *ampliativo: selectissimum.* Aroma, *hinc Germ.* Bisem. 104

בַּעַל בֹּשֶׂם Dominus *i. e.* præstantissimum oleorum sive aromatum, Balsamum.

סָבָה *Excivit*, excidit, amovit, removit, &c.

סְנָה *m. Lat.* Sentis, spina *excidenda Deut. 33. 16. Vulgò hîc vertunt* Rubus. *Sed rubus Hebraicè est* סְנֶה 508

סַנְוֵר *i. e.* סַן עִוֵּר Excisio cæcitas, Cæcitas maxima, crassissima.

סָחָה *Excivit*, abstulit, amovit, abrasit.

סְחִי *m.* Abrasum, purgamentum, sordes. 501

P. II. 240 חֶסֶד *pro* סֶחֶד *c. Multa, omnimoda amotio, purgatio, mundities: Hinc Lat.* I. Castitas, *Germ.* Zucht. II. Sanctitas, *Gr.* ὁσιότης, justitia *2 Par. 6. 42. Ps. 25. 3. Castus enim quoq; dicebatur quivis integer & incorruptus à quavis improbitate.* III. Misericordia, beneficentia, benignitas, beneficium, amicitia, gratitudo, s. compensatio meritorum *Jud. 8. 35.* IV. Sacrum, *& hinc* Execrandum, detestandum, *spec.* incestus *execrandus Lev. 20. 17. Prov. 14. 34.* וְאֶעֱשֶׂה עִמּוֹ חֶסֶד אֱלֹהִים & exhibebo ei misericardiam Dei *i. e.* beneficium optimum & maximum *2 Sam. 9. 3.* אֶעֱשֶׂה חֶסֶד עִם־חָנוּן בַּאֲשֶׁר עָשָׂה אֲבִיו עִמָּדִי חֶסֶד faciam misericordiam cum Chanune, quemadmodum pater ejus fecit mecum misericordiam *i. e.* pro beneficiis, quibus ab illius patre fui affectus, gratiam referam *2 Sam. 10. 2.* זֶה חַסְדְּךָ אֶת־רֵעֶךָ estne hæc gratia erga amicum *i. e.* an talem gratiam amico tuo rependis? *2 Sam. 16. 17.*

חָסַד Beneficium exhibuit, beneficus fuit *v. P. II. 239. Pih.* חִסֵּד Detestatus est, probro affecit. Sic & Syrus חסד usurpat pro ὀνειδίζω *Matth. 5. 11. & 11. 20.* &c. & Buxtorfius ita accipi in Targum fusè docet in Lex. Talmud. *Hitph. Fut.* תִּתְחַסַּד עִם־חָסִיד Tu te benefico beneficum præbes *Psal. 18. 26.*

חָסִיד *Part. prat. Kal.* κεχαριτωμένος, benignitate affectus, benevolentia vel misericordia motus, cliens, misericors, *Lat.* Sacer, sanctus, *Aff.* חֲסִידֶיךָ clientes tuos *i. e.* verum clientem tuum *Ps. 16 10. vid. notas nostras ad h. l.* P. II.

חֲסִידָה *f. Lat.* Ciconia *Jer. 8. 7.* Storck/ σοργὴν habens tum erga pullos, tum erga parentes.

חָסַם *Maximè excivit, extendit;* II. Capistravit, *à nomine significatione verbi petita,* obturavit. 241

מַחְסוֹם *m. Extensum, distentum: Gr.* φιμὸς, *Lat.* Fiscella. *Ps. 39. 2.*

כָּחַח Amovit, avertit, exstirpavit. 497

סִחָה *f.* Purgamentum, stercus, quisquiliæ. שְׂרֻפָה בָאֵשׁ בְּסִחָה combustum est *omne* in igne, sicut quisquiliæ *Ps. 80. 17. Alii,* incensa est igni, succisa est. Malè, quia I. Excisio sinistrè ustioni postponitur. II. Deficit ו copulativum. III. Duo priora vocabula per servum Munach cum בְּסִחָה conjunguntur sine interstinctione aliqua, quam involvit interpretatio communis.

נָסַח *Excivit,* amovit, avulsit, evulsit, exstirpavit. 464

סִיחוֹן * Evulsio. I. Rex Amoræorum *Num. 21. 21.* II, Urbs Moabitica *Jer. 48. 45.*

מַסָּח *m.* Evulsio *vel* irruptio.

חָמַס *Excivit,* abstulit, amovit, excussit, aversatus est, sprevit, conculcavit, vexavit, injuria affecit, &c. *Prat.* חָמְסוּ תוֹרָתִי aversantur, contemnunt legem meam *Ezech. 22. 26. Zeph.* 233

P. II. 234 26. *Zeph.* 3. 4. *Sic LXX. per* ἀθετεῖν *explicant. Fut.* יַחְמֹס בַּוּפָן בְּסֹרוֹ excutiet *eum quis* ut vitis uvam immaturam *excutere solet Job* 15. 33. מְזִמּוֹת עֲלֵי תַּחְמֹסוּ novi cogitationes, *quas* contra me excitis, *fingitis c.* 21. 27. *Niph. Præt.* נֶחְמְסוּ עֲקֵבַיִךְ vexabuntur calcanei tui *Jer.* 13. 22. *Alii aliter vertunt. R. Jonah dicit, verbum* חָמַס *notare* הֲסָרַת הַדָּבָר מִמְּקוֹמוֹ ablationem rei ex loco suo.

חָמָס *m.* Rapina, vis, violentia, injuria, injustitia, injustè partum *Prov.* 10. 6.

תַּחְמָס *m. Lat.* Astur, Weyhe *Lev.* 11. 16. *Præ aliis hæc avis à* חָמַס *dici meruit, quod tum aves majores, tum maximè columbas captat & vexat. Aliis* תַּחְמָס *est* hirundo, *aliis* accipiter, *Jonathani & Kimchio est* avis rapax. *Bocharto Hieroz. præf. pag.* 4. Struthio mas, *ab iniquo animo in suos ita dictus.*

סָעָה *Excivit, excitavit, excitatus est, excivit se,* exiit, profectus est. *Part.* אֲחִישָׁה מְפַלֵּט לִי מִרוּחַ סוֹעָה מִסָּעַר accelerarem effugium mihi præ vento proficiscente s. excitato à tempestate *i. e.* ocyus quam ventus *Ps* 55. 9. *Imp.* סְעוּ proficiscimini *Dan.* 2. 4. *Fut.* וַיִּסְעוּ מֵעָלָיו & profecti sunt ab eo 2 *Reg.* 3. 27.

467 נָסַע *Excivit se,* profectus est, discessit, recessit, 2 *Reg.* 19. 8. *Fut.* וַנִּסְעָה *alii legunt* וַנִּסָּעָה & profecti sumus *Ezr.* 8. 31. *Hiph. Fut.* יַסַּע egredi fecit, emisit *Ps.* 78. 26. abstulit *Job* P. II. 19. 10.

מַסַּע *vel* מַסָּע *m.* I. Profectio, advectio, iter, אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע נִבְנָה lapide integro advectionis *i.e.* ut advectus erat, ædificabatur 1 *Reg.* 6. 7. *v. P. II.* 466. II. *Gr.* κέντρον, *Lat.* Fuscina, qua pisces & anguillæ confodiuntur & extrahuntur. *Job* 41. 17. *vel* 18.

624 פָּשַׁע *Maximè excivit, excitavit,* excivit se, gressus, progressus est, processit, *hinc spec. Lat.* Spatiari, *Germ.* spazieren.

פֶּשַׁע *m Lat.* Passus, gressus, processus, gradus.

מִפְשָׁעָה *f. Gr.* ὀσφύς, lumbus, coxendix *pars corporis sic dicta, quod ibi in passu faciendo primus est motus.*

810 שָׁסַע *Maximè excivit, evulsit,* divulsit. II. Fissuram habuit, diffissum, bifidatum, bifidum fuit, *à nomine* שֶׁסַע

שֶׁסַע *m. Quod divulsum est:* Fissura, fissio.

566 עָסַס *unde* עָכַס *Excivit, amovit, aversatus est,* sprevit, contemsit, conculcavit, *LXX.* κατιπατεῖν. *Præt.* וַעֲסַסְתֶּם & conculcabitis *Mal.* 3. 21. *vel* 4. 8.

עָסִיס *m. Excitus* Succus, mustum.

361 בַּעַס *m.* Excitatio, concitatio maxima, *Gr.* ἄχθος, *Germ.* Kummer indignatio, ægritudo, mœror *Ps.* 6. 8. & 31. 10. *Eccl.* 7. 3. *Deut.* 32. 19. בַּעַס *opponitur*

P. II. *risui Eccl. 7. 3. & dolori adjungitur ut synonymum Eccl. 1. 18.*

בָּעַס Indignationem habuit, indignatus est, ægrè tulit. *Fut.* וַיִּבְעַס אֶל־הָרֹאֶה & indignatus, *concitatus* fuit in fatidicum *2 Par. 16. 10. Pih. Præt.* בִּעְסַתָּה *unde eum Aff.* בִּעַסְתַּנִי irritabat eam *1 Sam. 1. 6. Hiph.* הִבְעִיסוּ לְנֶגֶד הַבּוֹנִים nam indignationem fecerunt apud ædificantes *Nech. 3. 37. vel 4. 5.*

639 צָחָה *Excivit, selegit, excivit, exhausit, arefecit, exhaustus est*, aruit, exaruit.

צָחֻה *Part. Kal.* Selectus, nitidus, elegans: *hinc Plur. fœm.* צְחֻחוֹת

צָחִיחַ Maximè nitens. *Fœm.* שֹׁכְנוֹת צְחִיחָה certè *educit* refractarios, *qui* habitant *in* nitido *sc. loco Ps. 68. 7. conf. v 19. Vulgatus* qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. *Forsitan pro in sepulcris legendum est in serenis sc. locis.*

צָח *m.* I. Aridus, arefaciens, II. Purus, nitidus *Cant. 7. 10.*

צַחֲצָחָה *f.* Summa ariditas *Jes. 58. 11.*

צְחִיחָה *f.* Idem, *vel* locus valde aridus & siticulosus.

צָחֶה *m.* Arens, aridum.

צֹחַן *m.* צַחֲנָה *f.* Purgamentum, sordes, putor, *Vox hæc alibi non occurrit in Hebræo textu, sed in Chald. ad Ezech. 23. 20. Syris quoq; ܨܚܢܐ idipsum est, elisa gutturali. Adde quod salitos piscículos Talmudici vocant* צחנתא P II. *& Arabes* צחנא *np. ab odore viroso. Bochart. LXX.* ὁ βρόμος. *Sed rectè legit Theodor.* βρᾶμος, *quod fœtorem sonat.*

צָחַח Candidus, nitidus, serenus fuit.

מִצְחָה מִצַּח *f.* Frons *nitida.*

מִצְחָה *f.* Frontale.

677 קָצַח *m. Maximè nitidum. Lat.* Cicer, *Germ.* Küchern / weisse Erbsen *Jes. 28. 25. vid. & infr. sub rad.* קצח

75 בֵּיץ *pro* בֶּחֶז *cum splendore conjunctum*: Ovum.

בוּץ *vel* בֻּץ *pro* בֶּחֶז *Gr.* βύσσος, Byssus, byssimum. בֵּית עַבְדַת הַבֻּץ domus vel gens opificii byssini *1 Par. 4. 21.*

636 צָרַח *Excivit*, eructavit, vociferatus est, clamavit, exclamavit.

צְרָחָה & צִוָּחָה *f.* Clamor, vociferatio, querela.

244 חָצָה *Excivit, abrupit*, diremit, divisit, dimidiavit, distribuit, partitus est, separavit, recondidit; *Fut.* לֹא יֶחֱצוּ יְמֵיהֶם non dimidiabunt dies suos *i. e.* ad ætatis suæ medium non provehentur *Ps. 55. 24.*

חֵצִי *& cum Joth parag.* חֲצִי dimidium, pars dimidiata. בַּחֲצִי in medio *1 Par. 19. 4.*

חֲצִי *m.* μέσος, dimidium, dimidiatum, pars dimidiata *2 Sam. 10. 4.* בַּחֲצִי הַשָּׁמַיִם & constitit sol in dimidiato cœlo,

P. II. cœlo *i.e.* in hemisphærio, sub quo degebat Josua, nec festinavit ad occasum, *ad hemisphærium alterum, sub quo Antoeci Jos. 10. 13.*

חֲצִית *Insin.* Medium, dimidium. *Exod. 11. 4.*

473 חֵצֶן & חֵצַן *Lat.* Sinus *propriè qui est intra pectoris brachiorumq; complexum, qs. reconditorium dictum, Gr.* μυχὸς, *Jes. 49. 22. Nech. 5. 13. Ps. 129. 7.*

מֶחֱצִית & מַחֲצִית *f.* ἥμεσις, dimidia pars *Num. 31. 36. 43. Exod. 30. 13.*

חָרַץ *Excivit*, abstraxit, diremit, discidit, secuit. *Item* Concitavit, *Part.* יַחְרִישׁ חוּץ מִמֶּנִּי quis magis quam ego festinare solitus est abstrahens à me? *i.e.* quis magis festinavit & se abstraxit à nimio esu & potu? *Eccl. 2. 25. Niph. Part.* דְּבַר הַמֶּלֶךְ נֶחְרָץ verbum s. decretum regis erat concitatum *i.e.* sine ulla exceptione & mora exequendum *1 Sam. 21. 8. vel 9.*

213 חוּץ *m. Sectio, hinc* Platea, vicus, *Gr.* ἔξω, τὸ ἔξω, forum *Job 18. 17.* בַּחוּץ foris, in limine domus *Prov. 7. 12. Sic foris sumitur Cant. 8. 1. & Matth. 26. 69.* אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה extra castra educito conviciatorem *Lev. 24. 14.* הַחוּצָה foras *1 Sam. 9. 26. Cum He locali ab initio & fine.*

חוּצָה *f. hinc Plur.* חוּצוֹת plateæ *Jes. 51. 20.* Limites *Prov. 8. 26.* vici *Ps. 144. 13.* וְחֻצוֹת תָּשִׂים לָךְ & vicos pones tibi *i.e. ut Coccejus explicat*, habitationes Damasci habebis tuæ jurisdictioni subjectas, *vel, ut Castellio habet*, fora statues tibi, ubi publicanos colloces & vectigalia exigas *1. Reg. 20. 34. Alii rectius vertunt*, limites. P. II.

חִיצוֹן *m. Gr.* ἐξωτικὸς, exterior, &c. מִבַּיִת וְלַחִיצוֹן intus forisque *1 Reg. 6. 29. Fœm.* מְלָאכָה הַחִיצֹנָה opus externum *i.e.* profanum *1 Par. 26. 29. Castell.* opus exterius *Nech. 11. 16.*

חוּץ *m.* Paries exterior.

שַׁחַץ *m. Cum* שׁ *prosthet.* Ostentatio, elatio, superbia. אֶת כָּל־גְּבֹהַּ יְרֵאָה 775 הוּא מֶלֶךְ עַל־כָּל בְּנֵי־שָׁחַץ altissima quæque despicit ille est rex super omnes filios elationis, *i.e.* elatos *Job 41. 25. & 28. 8. Sic LXX.* υἱοὶ ὑπερηφάνων, *Vulgatus*, filii institorum. *Idem vult Kimchius, qui* שַׁחַץ *per* גַּאֲוָה *explicat. Hinc quoq; ortum est Arab* שחץ *quod est* μετεωρίζεσθαι *sublimiter ferri, extollere se.*

חָצַץ *Excivit*, eduxit, excidit, præscidit, fulminavit. *Part.* רִיצָא חֹצֵץ בְּלוֹ attamen si exit educens est *i.e.* 244 totum agmen secum ducit *Prov. 30. 27.*

חֶצֶץ *m. Lat.* Cautes, *proprie* Schifer / saxum scissile, *vulgò* scrupus, lapillus. יִמָּלֵא פִיהוּ חָצָץ impleri solet os ejus lapillo *i.e.* Lapillis dentes comminuentibus *Prov. 20. 17.* Sagitta *Psal. 77. 18.*

חֵץ *m. Gr.* ὀϊστὸς, Sagitta, hastile s. contus. אֱלֹהִים חֵץ פִּתְאֹם יֵרֻּם מַכּוֹתָם sed jaculis peret eos, *jaculis petentur à* Deorum *Deo* telum subitaneum *erit*, *à Deorum Deo* erunt plagæ eorum *Ps. 64. 8.*

P. II.

64.8. *Hanc omninò versionem requirit accentuatio.* יְרֻם *impersonaliter sumi docet accentus distinctivus.* אֱלֹהִים *scribitur pro* מִ מֵּאֱלֹהִים *ante* ם *contiguum omisso.* הָיוּ *non cum nomine fœm* מַמְלָכָה *sed cum* מֵאֱלֹהִים *subintellecto in genere masculino construitur. Aff.* וַיִּשְׁלַח חִצָּיו & misit sagittas suas *i.e.* jaculatus est *Ps. 18. 15.*

886 לָחַץ *Valde excivit, excidit,* discidit, laceravit, lacessivit. *Jud 4. 3.* amovit, repulit, profligavit *2 Reg. 6. 32. Jud. 1. 34.* depressit, pressit.

לַחַץ *m.* Proscissio, obtrectatio *Ps. 42. 10. vulgò* oppressio, afflictio, *ut sumitur hæc vox 2 Reg. 13. 4.* הַאֲבֵלָה לֶחֶם לַחַץ alite eum cibo abscissionis, *cibo abscisso. i.e.* cibo modico, *ut Arabs & Syrus habent. Vulgò* pane afflictionis s. tribulationis *1 Reg. 22. 27.*

405 מָחַץ *Excivit, excidit,* χάσμα fecit, diremit, fregit, concussit, inflixit.

מַחַץ *m.* χάσμα, fractio.

647 צָעָה *Extivit, excivit se, hinc* I. Exiit, profectus est, processit, peragravit, peregrinatus est, discurrit.

647 צָעַד *Cum* ד *frequentativo: Maximè excivit, excidit, excivit se,* Itavit, gressus, progressus est, processit.

צַעַד *m.* Gressus, passus, processus. *Aff.* תַּרְחִיב צַעֲדִי תַּחְתָּנִי dilatas gressum meum subter me *i. e.* præstas, ut magnis gressibus incedere possim, quò volo P. II. *2 Sam. 22. 37. Cocc.*

צְעָדָה *f.* I. Incessus *2 Sam. 5. 24.* II. *Gr.* ἀκή, acus comptoria, crinalis, discriminalis *Aliis* periscelis. *Jes. 3. 20.*

אֲצֵרָה *f. Excitum, excisum,* Armilla *Num. 31. 50.*

מִצְעָד *m.* Gressus, progressus *Prov. 20. 24.*

647 צָעַן Demigravit. *Put.* בַּל־יִצְעָן non demigrabit *Jes. 33. 20.*

צֹעַן * Demigratio, demigrationis *urbs:* Sita in Delta ejusque parte orientali propè flumen illud, quod per os Taniticum elabitur in mare. Fuit Pharaonum regia, ut liquet ex *Ps. 78. 12. 43.* ubi prodigia, quæ Deus per Mosen in Ægypto coram Pharaone fecit, dicuntur facta בִּשְׂדֵי צֹעַן *Jes. 19. 11. 13. Num. 13. 22. Græci scribunt* Τάνις, *Chaldæi* טַאנִיס *sive* טָנִיס

314 יָצַע *Excivit,* selegit. *Hiph.* הִצִּיעַ Stravit, substravit, stratum posuit, *à nomine* יָצִיעַ

יָצִיעַ *Part. Pah.* Lectus, stratum.

יָצִיעַ *Part. Kal. Prat. Excitum quid vel selectum quid, Gr.* σοὰ, porticus, *aliis* ædicula, *Aliis,* deambulatorium, *aliis* pavimentum, solum, substructio *1 Reg. 6. 6.*

מִצַּע *m.* Lectus, stratum *Jes. 28. 20.*

310 יָצָא *Excîvit, excitavit se,* exivit, crevit *1 Reg. 4. 32.* surrexit in altum, prodiit, processit, discessit, digressus,

P. II. 310 gressus, progressus, egressus est, emersit *Prov. 12. 13.* exivit, cessavit *Prov. 22. 10. Prat.* יָצָא מִחֶלֶב עֵינֵימוֹ surgit ob abundantiam aspectus, *autoritas* eorum *Ps. 73. 7. Alii aliter: ita ego verto, quia* I. יָצָא *usurpatur etiam de herba in altum surgente 1 Reg. 4. 22.* II. *Versus citatus non nisi de arrogantia impiorum, utpote, qui transcendere dicuntur cogitationibus cordis, nimium sibi tribuendo. Part.* הַיֹּצֵא Arnon fluvius oriens ex Amorræorum finibus *Num. 21. 13.* לְבִלְתִּי־תֵת רֹצֵא וָבָא לְאָסָא ne daret exeunti & venienti ad Asam *i. e.* ut exitum aditumque ad Asam intercluderet *1. Reg. 15. 17.* הַמִּגְדָּל הַיֹּצֵא turris prominens *Nech. 3. 26. Infin.* צֵאת emigratio *Ps. 105. 38.* לֹא יָדַע צֵאת וָבֹא non novi egredi & ingredi *i. e.* res administrare nescio *1 Reg. 3. 7. Aff.* מִמֶּנִּי צֵאתָם ex quo prodierant ipsi *1 Sam. 18. 30. Imper.* צֵא egredere, prodi *Gen. 8. 16. Cum He parag.* צֵאָה *Jud. 9. 29.* צְאָה אֵלַי exite ad me *i. e.* mihi vos dedite *2 Reg. 18. 31. Fut.* כֹּל אֲשֶׁר־יֵצֵא עַל הַבַּיִת לְחַזְקָה omne quod apparuit *vel* visum fuit pertinere ad templum restaurandum *2 Reg. 12. 12. vel 13.* וָאֵצֵאָה & egressus sum *Nech. 2. 13.* יֵצֵא אֶת־כֻּלָּם evadent omnia ista *Eccl 7. 18.* וַיֵּצְאוּ אַנְשֵׁי הָעִיר לִקְרַאת יִשְׂרָאֵל לַמִּלְחָמָה & egressi sunt viri urbis contra Israelitas in prælium *i. e.* eruptionem fecerunt oppidani in Israelitas *Jos. 8. 14.* וַיֵּצְאוּ עִמּוֹ & excursiones faciebant cum eo *Jud. 11. 3. Hiph.* הוֹצִיא Exire fecit, eduxit, &c. P. II. excivit *1 Par. 19. 16. Part.* מַוְצִיא הַמּוֹצִי אֶת־יִשְׂרָאֵל tu eras educens & introducens Israelem *i. e.* te duce Israel usus est *2 Sam. 5. 2. Fut.* וַיּוֹצֵא אֶת־הַמֶּכֶס עַל־יִשְׂרָאֵל עַל־כָּל־גִּבּוֹרֵי הַחָיִל & prodire fecit *i. e.* exegit tanquam tributum istud argentum ab Israele, np. ab omnibus potentissimis *2 Reg. 15. 20.* עַל scribitur pro מֵעַל וְיָצָא *Part.* Prognatus.

צִיּוֹן *m.* Remotus, desertus, *hinc* aridus locus *Jes. 25. 5. Ab hoc est Græc.* ξέω sicco, arefacio, *Lat.* æstus, æstas.

צִיָּה *m.* Remotus, desertus, arefactus, 633 aridus, *Ps. 72. 9.*

צִיָּה *f.* Siccitas *Ps. 63. 2.* desertum *Psal. 78. 16. Plur.* בְּצִיּוֹת in siticulosis locis *erat* fluvius *Ps. 105. 41.*

צִיּוֹן * Aridus locus. Mons *Psal. 48. 3. In vertice ejus erat arx munitissima, quam David primus expugnavit, quod ante eum nemo potuit, nam bene munita fuit. R. David Kimchi de ea scribit in Commentariis: Deum Messiam super Tzionem montem sanctitatis constituisse, quod non est expugnata munitio vel arx Tzion, usq; quod venit David ad expugnandam Ps. 2. 6.*

צִיּוֹן *m. Excitum, excisum quid,* Monumentum *sepulchrale,* signum *Ezech. 39. 15.*

צֵא *m.* צֹאָה *f.* Sordes, ἐκχώρημα, ex- 311 crementum. *Jes. 30. 22. Ezech. 4. 12.*

צִי *m.* Navis *Jes. 33. 21.*

P. II. צוֹא *m.* Sordidus. צֹאָה *f.* Stercus.

93 בּוּץ *m. Lat.* Coenum *maximum*, ב *litera servili omissa: Gr.* πίνος, *Jer. 38. 22.* בִּצָּה *f.* Cœnum, cœnosum, *hinc* palus, Pfütz.

311 צֹאן *m.* Oves.

צֶאֱצָא *m.* Prognatus. *Hinc Gr.* αἰζηος, Juvenis.

635 צַו *vel* צָו *Id quod exit:* Præceptum *Jes. 28. 10.*

צִוָּה *Pih.* Præceptum dedit, præcepit, jussit, curavit, mandavit, commendavit, instruxit, mandata dedit, ordinavit, suppeditavit *Lev. 25. 21. Ps. 133. 3. Pret.* צִוָּה לְהַפֵּר curravit dissolvi *2 Sam. 17. 14. Impersonaliter* צִוָּה אֹתִי mandatum est mihi *1 Reg. 13. 8.* וְכֹל אֲשֶׁר־יְהוָה צִוָּה & omnia, de quibus Deus mandata *sc. inhibitoria* dedit *Deut. 2. 37.* הֲלוֹא צִוִּיתִי אֶת־הַנְּעָרִים annon præcepi pueris *i. e.* certissimè præcepi *Ruth. 2. 9. Interrogatio apud Hebræos vehementer asseverat. Part.* מְצַוֶּה *& litera præformativa ablata in statu constructo* צַוֵּה יְשׁוּעוֹת ordinator, author salutis *ô Deus* Jacobi *Ps. 44. 5. Imp.* צַו לְבֵיתֶךָ præcipe domui tuæ *i. e.* fac testamentum *2 Reg. 20. 1. Fut.* יוֹמָם יְצַוֶּה יְהוָה חַסְדּוֹ die profert, *confert* Jehova gratiam suam *Ps. 42. 9.*

מִצְוָה *f.* Præceptum, mandatum *Prov. 6. 23.* pars præcepta, instituta *Nech. 13. 5. Nota: Hebræi faciunt duplicem ordinem præceptorum Dei. Alia vocantur* מִצְוֹת עֲשֵׂה *h. e. præcepta affirmativa, quibus præcipitur, quid fieri debeat & horum tot esse dicunt, quot sunt membra in corpore humano nempe ducenta quadraginta octo. Alia vocant* מִצְוֹת תַּעֲשֶׂה לֹא *præcepta negativa, ubi præcipitur, quid fieri non debeat & horum tot constituunt, quot sunt dies anni h. e. tercenta sexaginta quinq. In summa omnium præceptorum faciunt sexcenta tredecim, quæ complectuntur voce Hebraica* תרי"ג *Quum ergò dicunt* מִצְוֹת תרי"ג *intelligunt summam omnium præceptorum, tum affirmativorum tum negativorum. vid. Reuchlin Exeg. Psalm. 1. p. 7. Plur. cum Aff.* אֶל־מִצְוֹתֶיךָ ad præcepta tua *conversus ero Ps. 119. 48.* P. II.

179 חֹצֵן *m.* Currus falcatus, *quem quis in pralium educit Ezech. 23. 24.*

312 מוֹצָא *m.* Exitus, ortus, exortus, progressus, productio, eductio *1 Reg. 10. 28.* מוֹצָא שְׂפָתַי prolatum, pronunciatum labiorum meorum *Psal. 89. 35.* מוֹצָא הַמַּיִם ortus aquæ *2 Reg. 2. 21. Aff.* אֵת־מוֹצָאֶךָ וְאֵת־מוֹבָאֶךָ ut exploraret exitum tuum & introitum tuum *i. e.* consuetudines tuas, dein Thun und Lassen *2 Sam. 3. 24. vel 25. Plur. constr.* מוֹצְאֵי מַיִם exitus *i. e.* scatebræ aquarum *Ps. 107. 35.*

מוֹצָאָה *f.* I. Exitus, exortus. II. Latrina.

תּוֹצָאָה *f.* Exitus, origo. *Plur. constr.* וְהָיָה תּוֹצְאוֹת הַגְּבוּל יָמָּה & sunt exitus

P. II. exitus limitis hujus versus mare *i.e.* desinit in mare, *vel* mari terminatur *Jos. 15. 4.*

147 דרץ *Cum* ר *ampliativo*: Maximè exiit, evanuit. *Fut.* תדרוץ ראבה ante facies ejus exsilit, evanescit molestia *Job 41. 13. vel 14.*

לצה *Verb. inus. idem quod* נצה *Excivit*, provocavit, irritavit, litigavit, rixatus est *hinc*

לוץ Irritavit, litigavit, rixatus est, disceptavit, *hinc participium*

384 לץ Irritans, litigans, rixosus *Prov. 20. 1. quippe* לץ *ibidem refert sensum vocis* שכר יין *vocis* המה *ut* II. *Latinorum lis aliam originem non habet quam à* לץ III. *Hoc sensu* לץ *etiam sumitur Prov. 21. 24. hinc* IV. *oppositum ejus est* עניים *mansueti Prov. 3. 34.*

420 מצא *Excivit*, eduxit, produxit *rem antea ignotam Gen. 2. 20. 36, 24. rem amissam Lev. 5. 22. hinc* invenit, reperit, deprehendit, apprehendit *Ps. 116. 2.* consecutus est, incidit in aliquem. *Item, Eduxit se, excivit, effudit, effusus est, effluxit, hinc* abundavit, satis, sufficiens fuit. *Frustra Bochartus de animal. tom. 2. negat, verbum hoc ullo in loco significare invenire rem novam aut excogitare id quod non est, aliud docent loca scripturæ ritè expensa.* מצאתנו בל־זאת cur nos invenit totum hoc? *i.e.* cur hæc omnia nobis accidunt? *Jud. 6. 13.* לא מצאו non eduxerunt manus suas, *Germ.* sie haben die Hände in Sack gesteckt *Ps. 76. 6. Part.* בל־המוצאות אתם eique exponunt, quæ invenerant eos, *i.e.* quæ sibi accidissent *Jos. 2. 23. Imp.* מצאו invenite *Ruth. 1. 9. pro* מצאנה *He abscisso. Fut.* חנה־נא את אשר תמצא ידך largire, quod manus tua inveniet *i.e.* quod tibi commodum erit *1 Sam. 25. 8.* אשר ימצא את־עמי malum quod invenit populum meum *i.e.* quod premit populares meos *Esth. 8. 6.* ימצאון *unde* ימצאנה invenient eam *Jer. 2. 24.* & ומצאני invenient me *Prov. 1. 28.* ימצאך inveniet te *1 Reg. 18. 12. vel* כי לא ימצאכה quod te non deprehenderit *v. 10. pro* ימצאנכה *Nun epenthetico elisо & defectu per dages forte notato.*

מצה *Excivit*, expressit, exsuxit, exhausit, evacuavit. *Hinc spec.* μύττω emungo, μυζίω, μύσσω. *Niph Fut.* מלא ימוצו למו ideoque convertit se populus huc, & aquæ plenitudinis exprimuntur, *affunduntur* ipsis *Ps. 73. 10.* 421

מוץ *m.* Pressor *Jes. 16. 4.* מיץ pressura. מוץ *Part. prat. Pyh. apocopatum pro integro* מוצה *formæ* זרה *Græcè* ἄχυρον, *Lat.* Acus, quod evannatur foras extra aream.

שמץ *i.e.* אשר מצה *quod exhaustum est*, exile, modicum, pauxillum. *Sic Mord. Nathan explicat* משהו tantillum: 802

P. II. lum: *Kimchi* מְעַט *alii* מְעָט *v. Cocc. Lex.* וּמַה־שֶּׁמֶץ דָּבָר & quam pauxillum verbi, *vel ut Vulgatus habet* parvam ſtillam ſermonis audimus de eo *Job 26.14.*

שְׁמִצָה *f.* Idem.

421 מָצַץ Expreſſit, *Jeſ. 66. 11.*

404 מָזָה *Excivit*, expreſſit, exſuxit, exhauſit.

מְזוּה *Part. Kal. unde Plur. conſtr.* מְזֵי רָעָב exhauſti fame *Deut. 32. 24.*

643 צָמָא *Excivit*, exhauſit, &c. צָמָא *Gr.* διψάω ſitivit, ſiticuloſus fuit, *à nomine* צָמָא *Prat.* צָמְאָה לְךָ נַפְשִׁי ſitit tibi anima mea *i.e.* te animo ſitio *Pſ. 63. 2.*

צָמָא *m.* Sitis, *qs. exhauſtio. Affix.* יִשְׁבְּרוּ צְמָאָם frangunt *i. e.* exſtinguunt ſitim *Pſ. 104. 11.*

צָמֵא *Part.* Sitiens, ſitibundus.

צְמָאָה *f.* Sitis *Jer. 2. 25.*

צַמָּה *Part. Pih.* Sitiens, ſitibundus. *Plur.* שְׁאַף צַמִּים חֵילָם exhauſit *quilibet* ſitibundorum facultates ejus *Job 5. 5. conf. c. 18. 9.*

644 צַמָּה *f. Excitum, exſertum:* Coma, *Gr.* κόμη, cæſaries, crinis.

צְמָאוֹן *m.* Sitis, *vel* ſiticuloſa *Jeſ. 35. 7.* locus ſiticuloſus *Pſ. 107. 33.*

636 צוּם *Excivit, exhauſit, hinc* Jejunavit, *Gr.* νηστεύω, *Germ.* faſten. *Fut.* וַיָּצָם דָּוִד צוֹם & jejunavit David jejunium *2 Sam. 12. 16. Cum He parag.* וַנָּצוּמָה & jejunavimus *Ezr. 8. 23.* P. II. P. II.

צוֹם *m.* צוֹמָה *f.* Jejunium, inedia *Pſ. 109. 24.* וַיִּקְרָא־צוֹם עַל־כָּל־יְהוּדָה indixit jejunium toti Judææ *2 Par. 20. 3.*

צָמַק *cum* ק *parag. Exhauſtus*, ſiccatus, aridus, flaccidus fuit. 644

צָמוּק *Part. Pyh.* Siccatus, ficus arida *uva* paſſa.

צָמַת *pro* מָצָה *& hoc pro* מָצָה *Excivit*, exſcidit, ſuccidit, conſumpſit, abolevit. *Niph. Prat.* נִצְמְתוּ tempore quo æſtu afficiuntur, *exhauſti, evacuati*, exciſi ſunt *Job 6. 17. Hiph. Fut.* מְשַׂנְאַי וַאֲצַמִּיתֵם oſores meos *quod attinet*, ego eos exſcindam *2 Sam. 22. 41.* 645

צְמִיתוּת *f.* Exciſio, abdicatio. *LXX.* βεβαίωσις, confirmatio *i. e.* terra vendatur non ut à poſſeſſore penitus abdicetur & alteri maneat non tantum uſque ad annum Jubilei, ſed firmiter & in perpetuum *Lev. 21. 23. 30.*

צָמַח *Excivit, excitavit, excitus eſt*, provenit, ortus, exortus eſt, pullulavit, germinavit, floruit. *Prat.* יַעַר צֹמֵחַ עֵצִים ſylva germinans arbores *i. e.* conſita arboribus *Eccl. 2. 6. Hiph. Fut.* כִּי־לֹא יַצְמִיחַ quando non florebit *ſc. domus mea 2 Sam. 23. 5.* 644

צֶמַח *m.* Germen *Jeſ. 4. 2.*

בָּצָא *Excivit*, evocavit, provocavit, irritavit, *Gr.* ἐκκέω. *Germ.* hetzen/ jancken. *excivit, excitavit ſe*, exiit, evolavit, 472

P. II. evolavit. *Infin.* בָּצֹא תָּצָא evolando evolabit *Jer. 48. 9.*

בָּצָה *Excivit*, excitatus, concitatus, provocatus, irritatus est. *Præt.* כִּי בָצוּ גַּם־נָעוּ quum evocantur, *expelluntur*, etiam evagantur *Thren. 4. 15.* עָרַיִךְ תִּצֶּינָה מֵאֵין יוֹשֵׁב civitates tuæ evocabuntur, ut non sit incola *Jer. 4. 7. Niph. Part.* נְצִים excitati, irritati *Exod. 2. 13.* גַּלִּים עֲרִים בְּצֻרוֹת copiæ excitatæ, *evocatæ, protractæ ex* urbibus munitis *2 Reg. 19. 25 pro* מְעֻרִים *Mem post seipsum omisso. Omnes alias versiones, quas hic adferunt interpretes, contortas, hanc verò simplicissimam esse, facilè judicabit lector. Fut.* וְרִבִּי יִבָּצוּ & quum ad rixam excitati sunt *Exod. 21. 22. Hiph. Præt.* הִצּוּ rixas excitarunt *Num. 26. 9. Inf.* בְּהַצֹּתוֹ quum exire faceret ille, quum castra aut bellum moveret contra Syros *Ps. 60. 2.*

בֵּץ *Part. Pih. apoc. pro integr.* בֹּצֵץ *excitatus, concitatus: Lat.* Nisus, *Gr.* νίσος. Accipiter *Job 39. 26.* II. *Excitum, eximium, hinc* Flos, *Gr.* ἄνθος. בָּצָה *f.* Flos.

בָּצֶן *m.* Flos.

474 בִּיצָּרוֹן *m.* Scintilla.

צִיץ *m.* I. Flos. II. Bractea, Lamina frontalis Sacerdotis. צִיצָה *f.* Flos.

צוּץ Floruit, efflоruit, emicuit. *à nomine significatione verbi ducta.*

נָצַץ Scintillare, efflorescere. *Ezech. 1. 7. Cant. 6. 11. Eccl. 12. 5.*

נְצָה *f.* Penna *Ezech. 19. 7.* II. Nisus *Job 39. 13.* P. II.

מִצָּה *f. Gr.* νῖκος, מִצּוּת *f.* Jurgium, certamen. *v. P. II. 472.*

A ה נָצָה *transposito in* ת *mutato venit*

בָּתַץ *pro* נָצַת *Excivit*, excidit, diruit, destruxit, demolitus est. *Fut. cum* ו *parag.* תִּתְּצוּן eorum aras destruitote *Exod. 34. 13.* 489

בָּאַץ *Excivit*, Provocavit, irritavit, *hinc* II. Contempsit, sprevit, *ut solent provocantes alios ad pugnam.* וַיִּבָּאֵץ מִבַּעַס בָּנָיו & commotus est ab ira *scil.* contra filios suos *Deut. 32. 19. Pih. Præt.* בִּי בִאֲצוּ הָאֲנָשִׁים אֶת מִנְחַת יְהוָה quia despicatui haberent sacrificium Domini, male audiebat apud homines sacrificium Domini *1 Sam. 2. 17.* 432

בְּאָצָה & נְאָצָה *f.* Irritatio, contumelia.

צָבָה *Verbum inusitatum, idem notet quod* נָצָה *Excivit*, excidit.

צֵן *Part. Pih. apoc. pro integro* צֹנֵן *Excitus, vel exscindendus:* Spina, sentis, *aculeus.* II. Hamus, *spinæ similis & hinc gener.* Rete, *Germ.* Netz. *Plur.* וְאֵל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ ejus messem famelicus comedit, & inde à vepribus rapuit eam *i. e.* quæ in extremo agro sunt *Job 5. 5. Cocc.*

צִנָּן *m.* Aculeus *magnus, gravis, Jos. 23. 13.* Lancea *Num. 33. 55.*

צִין *m.* Aculeus, palus. צִין *pars nominis est*

P. II. 432 צִינּוֹר *m.* Palus arctationis, ſ. conſtrictionis *i. e.* palus ad quem reus alligatur *Jer. 29. 26.* צִינּוֹר *eſt compoſ. ex* צִין & עֹרֶק *arctatio, conſtrictio, à verbo* עָרַק *Id forſitan in animo habuerunt LXX. quibus* צִינּוֹר *eſt* μοχλὸς *vectis vel vinculum.*

צִנָּה *f.* I. *Gr.* κῶνος, conus, κόντος, contus, pique. Vulgo צִנָּה eſt ſcutum. Sed hoc genus armaturæ vocatur מָגֵן & חִשְׁבָּנָה II. Nulla vox cum Hebr. צִנָּה magis convenit quam κῶνος & κόντος. II. Frigus, *ex uſu Chald. vel potius* ſtiria *ab aculei ſ. ſpinæ ſimilitudine ſic dicta Gr.* ϛαγὼν, *Germ.* Zapff. *Conſtr.* כִּצִנַּת שֶׁלֶג ſicut ſtiria nivis *i. e.* aqua nivea frigore concreta & contra æſtatis æſtum aſſervari ſolita *Prov. 25. 13.*

צִנְצֶנֶת *f. Lat.* Lanx, *cum* l *proſthet. Gr.* πίναξ, *cum* π *proſthet.* Scutella *Exod 16. 33.*

צַנְתְּרוֹת *f.* Conti formarum *i. e.* formoſæ *Zach. 4. 12.*

צָבַם Acutus fuit, *à nomine* צִין *Hinc Part. Plur. fœm.* שְׁבֻלִים צְנֻמוֹת ſpicæ acutæ *Gen. 41. 23. Alii vertunt, vel* tenues *vel* parvæ, *quia vulgare apud Hebræos eſt* פַּת צְנוּמָה בְּקֵעָרָה *i. e.* bucella exigua in patina, *ſuper quam funditur jus: vel,* aridæ, *quia* צְנוּמָה *eſt petra apud Magiſtros: vel,* marcidæ, *vel,* inanes. *Sed noſtra interpretatio fluit ex verbo* צָנַם *quod originem & ſignificatum à nomine* צִין *habet & textui ſacro convenientiſſima eſt.* P. II.

צָבַע *Excivit, ejecit, dejecit ſe, depreſſus,* humilis, modeſtus, verecundus fuit. 646

שָׂנֵא *Excivit, amovit,* averſatus eſt, odit, odio *vel* exoſum habuit, &c. *Part.* שָׂנֵא quisquis percuſſerit Jebuſæum iſtoſque cœcos & claudos exoſum *quemlibet* animo Davidis, *ſubintell.* primarius & princeps futurus eſt *2 Sam. 5. 8. Fut.* וַיִּשְׂנָאֶהָ שִׂנְאַת גְּרוֹלָה מְאֹד & exoſam habuit eam odio magno vehementi *2 Sam. 13. 15.* 805

שִׂנְאָה *f.* Odium. תַּכְלִית שִׂנְאָה שִׂנְאָתָם perfectione odii odi eos *i. e.* odio capitali odi eos *Pſ. 139. 22.*

שָׂחָה *Excivit, excitavit ſe,* concitavit ſe. II. *Excivit, extendit, expandit ſe, hinc* Natavit. 773

שְׂחוֹת *pro* שְׂחוּת *f.* Natatio.

שִׂיחַ *m. Excitatio, elevatio animi, vel linguæ, vel terræ, hinc* I. Meditatio, Cura, ſolicitudo. II. Sermo, colloquium, querimonia, querela, oratio querula. III. Stirps, frutex. IV. *Concitatio,* Cicatrix, vulnus. לְמוֹ שִׂיחַ cui cicatrix, *vulnus Prov. 23. 29. Alii aliter; Sed quemadmodum duo præcedentia vocabula* אֲרִי & אֲבִרִי *ut ſynonyma conjunguntur, ſic & duo ſequentia ſcil.* בֶּצַע & שִׂיחַ *vulnus ut ſynonyma conjuncta credo* II. *Latin.* Saucius, ſauciatio, *à* שִׂיחַ *vel* שִׂוחַ *originem*

P. II. *originem ducere videtur. Aff.* הָאֲבִי לְאָדָם שִׂיחִי an me *quod attinet*, contra hominem sermo meus est? *Job 21. 3.*

שִׂיחָה *f.* Cura *erga Deum Job 15. 4.*

764 שׂוּחַ Meditari, eloqui. *Hiph. Imp.* שִׂיחוּ בְּכָל־נִפְלְאֹתָיו meditamini in omnibus mirabilibus ejus *1 Par. 16. 9. Fut.* תְּשִׂיחַ *i. e* תְּשִׂיחֶנָּה עִמּוֹ mediteris tecum *Prov. 6, 22. vid. simile in* זבל

774 שׂחת *Gr.* σάζειν. *Excivit*, effudit, expressit, stillavit, *Germ.* schütten / *Gen. 40. 11.*

Signif. III. Accivit, concivit, ἐπισείω, an oder zu sich ziehen.

44 אסא *vel* אסה *Accivit, assumpsit*, suscepit, abstulit, *hinc*

אֵסֶם *m.* Horreum, penus, promptuarium *Prov. 3. 10.*

אָסוֹן *vel* אָסוֹן *m. Ablatio:* Mors s. malum exitiale. *Gr.* ἄσις detrimentum, σῖνος nocumentum, noxa, damnum.

240 חסא *Accivit, assumpsit*, recepit. II. *Concitavit se, properavit ad aliquem, hinc* Confugit, recepit se *ad aliquem*, commendavit se tutelæ alicujus, *Item*, speravit, fisus, confisus est, spem posuit, *vel* collocavit.

חֲסוּת *f.* מַחֲסֶה *vel* מַחְסֶה *m.* Receptus, refugium. *Affix.* מַחְסִי refugium meum *Psal. 142. 6.* מַחְסֵהוּ refugium ejus *Psal. 14. 6.* P. II.

הַסֶּה * Refugium I. Nomen loci *Jos. 19. 29.* II. Levitæ *1 Par. 16. 38, 26. 10.*

חֶסֶן *m. Concitatio, fervor*, vis, robur, potentia, *Græc.* σθένος *Amos 2. 9.*

חֹסֶן *m.* Robur, divitiæ, &c. *hinc verbum*

חסן *Chald.* σθένω, possum, valeo: Fortis, robustus fuit, *Niph. Fut. Hebr.* יֵחָסֵן neque recondetur *Jes. 23. 18.*

חָסִין *m.* Robustus *Psal. 89. 9.*

חֲסָנָא *Chald.* Robur, &c.

חוס *Accivit, concivit, concitatus, commotus, hinc* Misertus fuit, pepercit. *Imp. cum He parag.* חוּסָה עָלַי parce, ignosce mihi *Nech. 13. 22.* 213

Fut. וַתָּחָס עָלֶיךָ & parcitum est tibi *1 Sam. 24. 11.*

פסח *Accivit, concivit, concitavit se, properavit*, hinc celeriter transiit, transiliit *Exod. 12. 27.* 610

Part. עַד מָתַי אַתֶּם פֹּסְחִים עַל שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים quousque vos concitati estis *vel* claudicatis in duas cogitationes *1 Reg. 18. 21.*

פֶּסַח *m.* Transitus. *Meton.* Agnus paschalis.

פִּסֵּחַ *Part. Pih.* Claudus, claudicans, *vel*, qui claudicantem præbuit *Deut. 15. 21. Job 29. 15.*

תִּפֶּסַח

P. II. תִּפְסַח * Transitus. Thapſacus: Urbs magna & opulenta in confinio Syriæ vel Arabiæ deſertæ Euphrati adjecta, nobilis trajectu & ponte, quo Darius ultimus & Alexander uſi ſunt: Limes imperii Salomonæi 2 Sam. 15. 16. 1 Reg 4. 23. vel 24. aliis c. 5. 4 De ea Plinius l. 5. c. 24. At in Syria oppida Europum, Thapſacum quondam, nunc Amphipolis. Stephanus: Eſt etiam alia Amphipolis Syriæ ad Euphratem, à Seleuco condita (vel potius reſtaurata,) vocatur autem à Syris Turmeda. Arrianus lib. 3. p. 168. de Alexandro: Thapſacum venit, ubi duobus pontibus junctum vadum reperit: Strabo pag. 513 Juxta Thapſacum vetus pons fuit Euphratis. Vid Cell. Geogr. antiq. l. 3. c. 12. p. 437.

463 נָסָה *Accivit, aſſumpſit, ſuſcepit*, ſuſtulit, excitavit. *Pih.* נִסָּה tentavit, probavit, periculum fecit, expertus eſt. *Pret.* הֲנִסָּה אֱלֹהִים an tentavit *ullus* Deorum *Deut. 4. 34.* נִסִּיתָ tentaſti eum *Deut. 33. 8.*

מַס *m.* Summa *1 Reg. 9. 15.* Tributum, *Germ.* Zins. *Item*, multitudo hominum ad opus ſervile faciendum conſcriptum *1 Reg. 5. 13. vel 27. Sic dicitur* נָשָׂא אֶת־רֹאשׁ *capere, ſubducere ſummam Num. 1. 2.* נָשָׂא אֶת־מִסְפַּר *ſubducere numerum Num. 3. 40.* אֲדֹרָם עַל־הַמַּס Adoram erat ſuper tributum *i. e.* erat quæſtor *vel* tributi præfectus *2 Sam. 20. 24.* וַיַּעֲלֵם לָמַס־עֹבֵד & aſcendere fecit illos in tributum ſervile *i. e.* in ſervitutem redactos tributarios fecit *1 Reg. 9. 21.* לָמַס־עֹבֵד fuitque in tributum, ſerviens *i. e.* fuit tributarius & ſerviens *Gen. 49. 15. Joſ. 16. 10. Sic* יִהְיוּ לְךָ לָמַס וְעָבְדוּךָ ſint vobis tributarii & ſerviant tibi *Deut. 20. 11.* וַיִּתְּנוּ אֶת־הַכְּנַעֲנִי לָמַס & reddiderunt Cananæum tributarium *Joſ. 17. 13.*

מַסָּה *f.* Probatio, tentatio.

מִסָּה *f.* Miſſa, Oblatio, munus.

סָנָה *pro* נָסָה *Part. Pih. fœm.* Elevans ſe, elevata, exaltata: *hinc*

קִרְיַת־סַנָּה * Civitas exaltata. 509

סַנְסִן *m.* Ramus *elevatus, vel in altum ſurgens.*

נָס *Part. Pret. Pih. apoc. pro integr.* נָסֶה *Id quod ſublatum eſt.* Vexillum, pertica militaris, exemplum *Num. 26. 10.*

נָסַס Vexillum erexit, eminuit *vexilli* 464 *in morem.*

נסת *Kal. inuſ.* Excitavit, incitavit, 500 perſuaſit, ſeduxit. *Hiph. Pret.* הִסִּיתוּךָ incitarunt te *Jer. 38. 22. Part.* מַסִּית qui incitat *c. 43. 3. Fut.* יַסִּית ne ſeducat *Jeſ. 36. 18.*

נתס *pro* נָסַת *Suſtulit, avertit*, 489 deſtruxit, diruit, *vel*, tentavit: ut conveniat cum נָסָה

שׁבס *Summopere concivit, concitatus eſt, feſtinavit, hinc* 809 *Lat.* Cinxit, accinxit ſe *more feſtinantium.*

בוס *Concitavit ſe, properavit, hinc* 449 *Gr.* σεύομαι, fugit, aufugit, confugit, effugit. *Fut. cum He parag.* נָנוּסָה fugiemus *Jud. 20. 32.* וַיָּנֻסוּ & fugerunt à facie ejus *i. e.* ab eo in fugam verſi ſunt *2 Sam. 10. 13.* וַיָּנֻסוּ אֶל־נַפְשָׁם & fugerunt cum animabus ſuis

P.II. bus suis *i. e.* saluti suæ fuga consuluerunt *2 Reg. 7. 7.*

מָנוֹס *Ps. 142. 5. vel* מָנוֹסָה *m.* *f.* Fuga, effugium, perfugium *Jer. 25. 35. Jes. 52. 12.*

34 אָבַס Concitavit, ursit, pressit. Chaldæis hoc verbum est frequens, & significat, vim inferre, diripere, opprimere.

שָׂאָה *Accivit, concivit, excivit*, excitavit, attulit, protulit, sustulit. *Fut.* יִשְׂאוּ בְתֹף ut tollere solent *pedes vel vocem* ad tympanum *Job 21. 12.* יִשְׂאוּ הָרִים שָׁלוֹם afferent montes pacem *Psal. 72. 3.* בּוּל הָרִים יִשְׂאוּ־לוֹ pabulum montes proferunt ei *Job 40. 15. vel 20.*

742 שֶׂה *Gr.* ὄις, ὄιος, agnus, hoedus.

עָמַם Tumultuatus est, turbavit, conturbavit. II. Communionem habuit, in comparationem venit cum aliquo. *Pret.* עֲמַמוּהוּ comparare possunt *homines* ei *i. e.* cum eo *Ezech. 31. 8. Ibi enim cum* דָּמָה *assimilandi verbo conjungitur. Vulgò*, abscondebant eam. עֲמַמְתִּיךָ turbant *vel* confundunt te *c. 28. 3. Alii*, absconderunt à te, celarunt te. *Hoph. Fut.* יוּעַם quomodo turbatum *vel* fœdatum est aurum *Thren. 4. 1. Vulgò*, obscuratur, contegitur. §§§

P. II. §37 עָתַם *pro* עָמַה *He transposito in* ת *mutato.* Turbavit, conturbavit. *Niph.* נֶעְתַּם conturbata est terra. *Jes. 8. 18. Sic rectè vertit Vulgatus. Alii* obscurata est.

§54 עַמּוּד *m. Vox composita ex* ד *ampliativo &* עָמָה *formæ* שַׁבּוּל *Maximè firmatum:* Columna *2 Reg. 23. 3. Exod. 13. 22.*

§53 עָמַד Stetit *immotus instar columnæ*, adstitit, substitit, perstitit, duravit, mansit, permansit, exspectavit, adstitit *pro* servivit, ministravit *Deut. 10. 8.* עָמַד *stetit nonnunquam ponitur pro* oravit *Gen. 18. 22. 19, 27. Stantes enim orabant veteres. Hinc Cod. Berachoth fol. 6. b.* אין עמידה אלא תפילה stare nihil aliud est, quam orare *v. Maj. Fil. Observ. S. L. II. p. 117. Prat.* וְעָמַד וְאָמַר & stat & dicit *i. e.* constanter dicit *Deut. 25. 8.* לֹא עָמְדוּ לְפָנָיו non steterunt coram eo *i. e.* non restiterunt ei *2 Reg. 10. 4. Part.* הָעֹמֵד לְפָנֶיךָ Josua qui stat in conspectu tuo *i. e.* qui tibi ministrat *Deut. 1. 38. Imperat.* עִמְדוּ expectate *Num. 9. 8. Infin.* לַעֲמֹד עַל־נַפְשָׁם ut stent pro animabus suis *i. e.* ut defendant vitam suam *Esth. 8. 11. Fut.* וְלֹא יַעֲמֹד fugit sicut umbra, neque durat *Job. 14. 2.* לִפְנֵי קָרָתוֹ מִי יַעֲמֹד coram frigore ejus quis consistere potest? *i. e.* frigus ejus est intolerabile *Psal. 147. 17.* לִרְאוֹת הֲיַעַמְדוּ דִּבְרֵי מָרְדֳּכַי ut viderent, an starent res Mordecai *i. e.* ut viderent, an Mordecai perseveraret in eo *Esth 3. 4.* P. II.

עָמֹד *Form. Inf. Kal.* Stare, locus, *in quo quis stat*, στάσις, status, columna. *Hinc spec.* κάμαξ, κόντος, contus. *Aff.* עַל־עָמְדוֹ in loco suo *2 Par. 34. 31.* וַיָּבֹא אֶצֶל עָמָדִי & venit ad locum meum *Dan. 8. 7.* וַיַּעֲמֹד הַמֶּלֶךְ עַל־עָמְדוֹ & stetit Rex in statura sua, erectus *2 Par. 34. 31.* וַיַּעַמְדוּ עַל־עָמְדָם & steterunt in statione sua, munere suo functi sunt *e. 30. 16. Hiph. Fut.* וַאֲעַמִּידֵם עַל־עָמְדָם & restitui eos in stationem suam *i. e.* in pristinum statum *Nech. 13. 11.*

עֲמִידָה *f.* Constitutio, statio. §54

עִמָּדִי Apud me, penes me, mecum. עִמְּדִי penes me *est i. e.* bene novi *Ps. 50. 11.*

מַעֲמָד *m.* Constitutio, status, statio. *Affix.* מַעֲמָדָם לְיַד בְּנֵי אַהֲרֹן constitutio eorum sit ad manum filiorum Aaronis *i. e.* Aaronis filiis sint subditi *1 Par. 23. 28.*

עִיָּה *Coit, conjunctus*, coacervatus, cumulatus, confirmatus est: *hinc* §41

עִי * Tumulus, acervus ruderum. I. Civitas juxta Bethel per Josuam incendio deleta & in rudus sempiternæ solitudinis redacta. *Cum He locali ab initio* הָעַי Hajim *Jos. 8. 3.* II. Civitas Ammonitica *Jer. 49. 3.* III. Civitas, quam Benjaminitæ post instauratam Hierosolymam habitarunt. *An hæc ex ruderibus civitatis* עַי *per Josuam destructæ*

P. II. *ſtructa excitata, vel in ejusdem area ac veſtigio fuerit ædificata, haud abs re dubitat Maſius.*

עֹם *m.* Robur, fortitudo maxima.

עִי *m.* Cumulus, acervus ruderum.

מֹעִי *m.* Acervus.

מֹעָה *f.* Scrupus, lapillus.

232 חָמָה *Coiit, conjunctus, & hinc* firmus, ſtabilis fuit. II. *Præivit*, præſtans, eximius, exoptatus fuit.

חֵם *m.* Socer *ſpectabilis.*

חֲמוֹת *f.* Socrus.

חוֹמָה *f. Stabilimentum, fulcrum*, Murus. חוֹמָה הָיוּ עָלֵינוּ murus fuerunt circa nos *i. e.* muri vicem nobis præbuerunt 1 *Sam. 25. 16.* עָרִים גְּדֹלוֹת חוֹמָה וּבְרִיחַ נְחֹשֶׁת urbes magnæ, *quibus* murus & clauſtra ærea ſunt 1 *Reg. 4. 12. vel 13.*

231 חֲמִיאָה *f. pro* חֲמִיָּה *Quod coiit, vel quod eximium eſt*, Butyrum.

מַחֲמִיאָה *f.* Butyrinum.

400 מֹחַ *m. Res deſiderata:* Medulla.

מֻחַ *m.* Medullatum, pingue.

מְמֻחִים Medullata.

430 חֲמִית *m. Deſideratum quid, Gr.* κάνθαρος, cantharus, Kande / lagena.

מָתַח Extendit, *inſtar cantharı extenſus*, diſtentus fuit.

אַמְתַּחַת *f.* Saccus.

חֶמֶד *m. Vox compoſ. ex* ד *exaggerativo &* חָמָה *eximium, Deſideratum*, deſiderabile, deſiderium, appetitus.

חֲמוּדָה *f. à maſc.* חֶמֶד Idem. בְּלֹא חֲמוּדָה & diſceſſit ſine deſiderio *i. e.* à nullo deſideratus, *vel* ſine omni honore *2 Par. 21. 20. Conſtr.* חֶמְדַּת נָשִׁים deſiderium mulierum *i. e.* liberos, quos mulieres vel maximè deſiderant *Dan. 11. 37. Sic liberi vocantur* מַחֲמַדֵּי בִטְנָם deſideria uteri ipſorum *Hoſ. 9. 16. vid. Maji Fil. Obſerv. S. P. I. 75.*

חָמַד Deſiderium habuit, deſideravit, concupivit, optavit.

מַחְמָד & מַחֲמוֹד *m.* Deſiderabilis, *vel* deſiderium, res deſiderata.

238 חָמַם *Coiit*, flagravit *amore, Generali.* Arſit, incaluit, concaluit, calefactus eſt. *Pih. Fut.* יְחַמֵּם calefacere, fovere ſolet *Job. 39. 17.*

חַם *vel* חֵם *m.* Calidus. לַחְמִינוּ חַם panis noſter calens, calidus, recens *Joſ. 9. 12.*

חָם * Cham. *Ægyptiis & Afris dicitur* Ἀμῶν, *unde* Ammoniaca regio, ubi Ammonis oraculum, &c. & Africa univerſa Ammonia, *ut ex Alexandro Polyhiſtore probat Stephanus Byzantius. v. Pol. Syn.* אֶרֶץ חָם Chamia *i. e.* Ægyptus *Pſal. 105. 23.*

חֹם *m.* Calor, æſtus. בְּחֹם צַח quietus ſpectabo ut æſtum ſudi ſuper olera. לֶחֶם חֹם panis caloris *i. e.* panis recens 1 *Sam. 21. 6. vel 7.*

חַמָּה *f.* I. Calor. II. Sol.

חַמָּן *unde Plur.* חַמָּנִים Simulacra Hammonis, *ut quidam reddunt*, in a-

P. II. prico exstructa. *Alii* ἡλιοκάμινος *reddunt h. e.* fornax solaris, vaporarium solare ad calorem solis excipiendum. *vid. Kœnig. Etymol. Helleno-Hebr. p. 171.*

חַמַּת * Thermæ. Urbs Naphthali *quæ postea* Tiberias *vocata est.*

אַחְמְתָא *Chald. Locus æstivi* caloris. Ecbatana Medorum. *Kimchius explicat* lagenam *ex eo quod est Gen. 21. 14.* חֲמַת מַיִם *quod &* חֲמַת *dicitur v. 15. 19. hinc Coccejus confert Jer. 32. 14.*

חֵמָה * Ardor, ignis, incendium.

469 חֹם Prunarum multitudo.

213 חֹם *Adustum*, Nigrum, fuscum *Gen. 30. 32. 33. 40.*

שְׁחִין *pro* שְׂחִים *cum* שׂ *prosthetico &* ם *cum* ן *permutato.* Inflammatum quod est, inflammatio, æstus, Anthrax, ἄνθραξ *Exod. 9. 9. Jes. 38. 21. Job. 2. 7.* שְׁחִין *non est* ulcus, *ut alii reddunt. Ulcera enim non tam emittunt pustulas, quam pustula ulcera creant, ex inflammatione plerumq; nata.*

292 יָחַם Coiit, incaluit, concepit, exarsit, iratus est. *Fut.* יֶחֱם לוֹ erat calor ei 1 *Reg. 1. 1. Quædam exemplaria habent* יֵחַם

693 חֲמָה *vel* חֲמָא *f.* Calor animi, ardor, æstus *iræ*, excandescentia, *Metaph.* Venenum, virus *adurens viscera.* אִישׁ חֲמָה vir iræ *i. e.* biliosus *Prov. 15. 17. Constr.* אִם־תַּעֲלֶה חֲמַת הַמֶּלֶךְ si ascendit ira regis *i. e.* si cœpit irasci rex 2 *Sam. 11. 20. Aff.* חֲמָתוֹ בָּעֲרָה בוֹ & ira ejus ardebat in eo *i. e.* vehementi ira incensus erat *Esth. 1. 12.* P. II.

SIGNIFICATIO IV.

Transiit, διέρχομαι, erupit, memoravit, hin durch und von einem zu dem andern gehen.

413 מָנָה *Transiit ab uno ad alterum, hinc, Lat.* Numeravit, dinumeravit, supputavit, definivit, annumeravit, statuit, constituit. *Fut.* תְּמֻנֶּה לְךָ חַיִל בַּחַיִל הַנָּפֵל constitues, *comparabis* tibi exercitum sicut exercitus cadens *erat i. e.* exercitum quem amiserat numero parem 1 *Reg. 20. 25. Pyh. Part.* מְמֻנִּים עַל־כְּלֵי הָעֲבֹדָה constituti, *præfecti* erant instrumentis usuariis 1 *Par. 9. 29.*

מָנֶה *m.* Mina, libra s. pondo.

414 מָנָה *f.* Pars, portio *constituta sive annumerata. Constr.* מְנָת חֶלְקִי portio partis meæ *i. e.* portio maximè propria *Psal. 16. 5.*

מָנָה *f. pro* מַנָּה Idem *Plur. cum Aff.* מְנוֹתֶיהָ *vel* מְנוֹתֶיהָ portiones, præbenda ejus *Esth. 2. 9.*

מָנָא *vel* מָנָא מָן Man, Manna.

402 מִין *m. Definitio*, similitudo, species, forma, imago.

מִין Similis fuit. *Hiph. Fut.* יַמִּין * similem reddet. II. Filius Ram 1 *Par. 2. 27.*

תְּמוּנָה *f.* Imago, similitudo, forma, species *Job. 41. 16. Aff.* תְּמוּנָתְךָ satiabor specie tua *i. e.* cum te videro, ut es *Psal. 17. 15.*

מָנָה

P. II. מִנָּה *unde Plur.* מִנִּים vices.

מִנִי *m.* I. Pars, portio. II. Numerus, copia, *spec. Dea* copiæ *quæ est* Diana, *Hebraicè* גַּד *etiam Dea* copiæ, turmæ *dicta. A copia dici meruit, quod non nisi centum victimis placaretur Jes. 65. 11.*

מְנָת *f.* Pars, portio.

מִן A ab, &c. Præ, magis quam *Gen. 38. 26. Psal. 19. 11. Et sic sæpius exprimit verbum* superavit, *e. g.* הֵרַע מִכֹּל אֲשֶׁר לְפָנָיו fecit præ omnibus, qui ante eum *i. e.* nefariis flagitiis omnes, qui eum anteceſſerunt, ſuperavit *2 Reg. 21. 11.* ut non, מִן יָקוּמוּן ut reſurgere nequeant *Deut. 33. 11.*

מִנְיָן *m. Chald.* Numerus.

מְנִים *m. pl.* Nomen inſtrumenti Muſici *Pſal. 150. 4. Fallor, niſi* מְנִים *ſit* ναῦλον, naulium מ *litera ſervili neglecta &* λον *terminatione Græca addita.*

33 אַלְמָן *m. Sine portione i. e. ſine ſocia thori,* Viduus *Jer. 51. 5. Sic dicitur* אַלְקוֹם ſine conſiſtentia, אַלְמֶלֶךְ ſine Rege, &c.

אַלְמָנָה *f.* Vidua.

אַלְמְנוּת *f.* אַלְמוֹן *m.* Viduitas.

אַלְמֹנִי *m. Nomine vidnatus,* δεῖνα, quidam, non nemo.

193 זְמַן *m. Quod - ſtatutum eſt,* Tempus præfinitum, determinatum *Nech. 2. 6.*

זָמַן *Chald.* parare, præparare, *qs. tempus præfinitum obſervare.*

P. II. 299 יָבָה *Tranſit ſuper aliquem, hinc* Oppreſſit *vi vel fraude,* defraudavit, damnum dedit, illuſit, decepit, empæcta fuit.

יַבִּי *Form. Chald.* Empæcta, *Gr. ſcribitur* Ἰαννῆς *2 Tim. 3. 8.* Fuit Ægyptius Magus, *vid. Hiller. Onom. S. 671. 843.*

יְגוֹנָה *f.* Opprimens, oppreſſio, perſecutio *Tzeph. 3. 1. Pſal. 56. 1.*

296 יְגַן *pro* יָגַר Cœnum, lutum.

195 זוֹנָה *pro* זְיֹנָה *& hoc pro* זָיְנָה *quæ opprimitur, comprimitur,* Scortum, meretrix: *hinc verbum*

194 זָנָה Scortatus eſt.

תַּזְנוּת זְנוּת *f.* זְנוּן *m.* Scortatio.

330 יָשַׁן *pro* יָנַה *à* שִׁין *Oppreſſit, damnum dedit, hinc* I. Dormivit, obdormivit, redormivit, *quaſi oppreſſus eſt. Fut. cum* ה *parag.* אֶישְׁנָה *Pſal. 3. 6. Niph.* נוֹשַׁן II. Veteraſcere, inveteraſcere. *Pih. Fut.* תְּיַשְּׁנֶהוּ conſopit eum *Jud. 16. 19.*

יָשָׁן *m.* Vetus, *quod damnum ſive vitium habet.*

יָשֵׁן *Part. Kal.* Dormiens.

שֵׁנָה שְׁנַת שְׁנָא שְׁנָה *f.* Somnus.

331 בָּרָא *Kal. inuſ. Hiph.* הִבְרִיא *Tranſire fecit, hinc* Irritum fecit, fregit, infregit, rupit, infringere fecit. *v. P. 2. 444.*

תְּבוּאָה *f.* Tranſitus, diſceſſus, *Num. 14. 34.* transgreſſio, exceſſus *Job. 33. 10. Alii aliter vertunt.*

P. II.

SIGNIFICATIO V.

Abiit, exiit, ἄπειμι, κάτειμι, ἔξειμι, aus- oder wegge-hen.

13 אָהָה *Abivit, receſſit, exceſſit, hinc* Luxit, lamentatus eſt, gemuit, *unde ſpec.* ἀιάζω.

14 אֲהִי הֹהּ אֲהָהּ *Lat.* Ahah, eheu, hei, *Germ.* Ach! *Gr.* ἀΐ, ἆΐ, *quod apud Græcos vel eſt* δυσφορικὸν *i. e. quo utimur nos aliquid agre ferre ſignificantes, vel* μεμπτικὸν *i. e. quo utimur alicui ſuccenſentes, vel* θρηνητικὸν luctui aptum.

אִי Væ. אִילוֹ *vel* אִי לוֹ væ illi *Eccl. 4. 10. & 10. 16.*

אוֹי *Gr.* ἀιβοῖ, οἴτος, miſeria, *Prov. 23. 29.* hei.

837 תְּהוֹת *pro* תְּהוּת *f. Receſſus*, abyſſus, *Gr.* τηύσιος, *Germ.* öde! Einöde! ſolitudo *Pſal. 107. 40.* inane, inanitas, res informis. תֹּהוּ וָבֹהוּ ſolitudo & inanitas, *Germ.* überall und durchaus wüſt und leer *Gen. 1. 2.*

תְּהוֹם *m.* Abyſſus. תְּהוֹמָה *f. Plur.* תְּהוֹמוֹת abyſſi, lacus, ſive ſtagna *Deut. 8. 7.*

41 אָבָה *Abivit*, receſſit, ſeceſſit, diſceſſit, tranſiit *hinc* II. Moeſtus fuit, luxit. *Part.* אֹבִים recedentium *Prov. 11. 7. Pih.* אִבָּה tranſire, pervadere fecit, trajecit. אִבָּה לְיָדוֹ qui non tetendit inſidias, ſed Deus tranſire, *venire* facit in manus ejus *Exod. 21. 13. Pyh. Prat.* לֹא תֵאָבֶה אֵלֶיךָ רָעָה non tranſiens fiet ad te malum *Pſal. 91. 10. Hithp. Part.* כִּי מִתְאַבֶּה הוּא לִי quod tranſeuntem ſe præbet hic ad me *i. e.* quomodo occaſionem quærit adverſus me, *Germ.* wie er an mich will *2 Reg. 5. 7.* P. II.

אֵן *Receſſus.* Quò. אָנָּה quo *Jud. 19. 17.*

אֶרֶן *m. Receſſus, hinc Lat.* vanitas, mendacium, moleſtia, idolum.

אוֹן *m.* Dolor, *Gr.* αἰνὸς, gravis mœror *Aff.* וַיְיַדֵּר תַּשְׁבֵּנָה אוֹנִי & manus ejus reddent *ei* dolorem ſuum *Job. 20. 10. Sio Vulgatus.*

אוֹן * I. Filius Peleth. *Num. 16. 11.* II. Urbs Ægypti. *vid.* אֹן *in* אָרָה

אוֹנָם * II. Filius Jerachmeel *1 Par. 2. 28.*

אַיִן *Diſceſſus, vanitas*, Defectus *Prov. 11. 14. 17, 16.* nihil, non, nemo, nullus. 15

בְּאַיִן nihil juvat *Eccl. 8. 8.* לֹא יָדַעְתִּי מֵאַיִן הֵמָּה neſcivi cujates ſint *Joſ. 2. 4.* הֲנַעֲשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה אִם־אַיִן an faciamus ejus verbum nec ne *2 Sam. 17. 6. Conſtr.* אֵין & אַיִן *1 Sam. 21. 8. vel 9.* וְאֵת־מִי־אֵין בְּמוֹ־אֵלֶּה & cui non ſunt, ut illa ſunt *i. e.* cui non ſunt eadem, quæ illa ſunt? *quis non eadem poteſt Job. 12. 3.* אֵין כָּל בִּלְתִּי nihil aliud niſi *Num. 11. 6.* וַיֹּאמֶר אֵין זֹאת בִּלְתִּי אִם־חֶרֶב & reſpondit, nihil aliud iſtud eſt, niſi gladius *Jud. 7. 14.* כִּי אֵין לָךְ שָׂרִים quod nihil ſibi ſint Principes, *quod nihili facias Principes 2 Sam. 19. 6. vel 7.* אֵין כֹּל nihil omninò *2 Reg. 4. 2.* אֵין כַּיהוָה nihil eſt ſicut Jehova, *Jehova eſt incomparabilis Exod. 8. 6.*

P. II. *8. 6. vel 10. Aff.* אֵינֶנִּי non ipse *2 Par. 18. 7.*

444 הֵנִיא Annihilavit, irritum fecit, abrupit, fregit, infregit, infringere fecit.

תְּנוּאָה *f.* Abruptio, receſſus, diſceſſus. II. Occaſio *Job. 33. 10. quo ſignificatu convenit cum* תַּאֲנָה & תַּאֲוָה

394 מֵאֵן *Pih. Græc.* ἀναίνομαι, abnuit, renuit, abnegavit, denegavit, recuſavit, noluit.

אִי *pro* אֵין Non. *Hinc eſt Gr.* ἀ, *Lat.* in, *Germ.* un/ *particula privandi vim habens & nominibus præfigi ſolita, e. g.* אִלֵּם אִיעֵר אִיבֵּד אִיתְּמוֹר mutus, ἄλαλος, אִי נָקִי noxius *Job. 22. 30. Et ſic paſſim* י *apud Hebræos* אִי *pro* אֵין *uſurpatur, ut* אִי אֶפְשָׁר non eſt poſſibile.

41 אֳנִי & אֳנִיָּה *Græc.* ναῦς, *Lat.* navis. *Germ.* Schiff: Claſſis *1 Reg. 9. 26.*

אֳנִיָּה *f.* Idem. *Plur.* אַנְשֵׁי אֳנִיּוֹת יֹדְעֵי הַיָּם viri navium *i. e.* homines nautici, maris periti *1 Reg. 9. 27.*

אֲנִיָּה *f. Gr.* ἀνία, Mœror, moeſtitia.

42 אֲנִי I. *Gr.* νῦ *vel* νῦν, *Lat.* Nunc, *Germ.* nun. *Particula excitantis Eccl. 8. 2. Significatum hunc nemo hactenus obſervavit, licet alium locus citatus non admittat.* II. Ego. *Plur.* אֲנַחְנוּ אֲנָכִי Ego.

65 אַתָּה *ab* אֲנִי Tu, & *He parag. abſciſſo* אַתְּ *Plur.* אַתֶּם vos. *Chald.* אַנְתְּ & אַנְתָּה tu.

אַתִּי & אַתְּ Tu. *Plur.* אַתֶּן *vel* אַתֶּנָּה vos.

P. II. אִנֵּין *Chald.* Illi, iſti. אִיכִּין iſtæ, eæ. תַּאֲנָה & תַּאֲוָה Occaſio. *Affix.* תַּאֲוָתָהּ occaſionem *vel* impetum ejus *Jer. 2. 24.*

תַּאֲנִיָּה *f.* Mœror, mœſtitia *Thren. 9. 5.*

847 תַּן *m. pro* תַּאֲנָה I. Receſſus, Solitudo, locus deſertus, *Gr.* δεινὸν, *Germ.* noth/ öd/ Einöd. II. Draco, *animal ſolitudinis, ſeu quod teſte Ælian 6. 63. ſolitudines ſectatur. Conf. Jeſ. 13. 21. 22. Mal. 1. 3.* III. δράκων, piſcis prægrandis, *ſpec.* cetus *Thren. 4. 3. Plur.* בְּמִקְוֹם תַּנִּים detruſiſti nos in locum ſolitudinum vaſtiſſimæ ſolitudinis, remotiſſimæ à conſortio viventium *Pſal. 44. 20. Vulgò vertunt, in locum draconum. Sed* 1. *LXX. non ſine judicio transtulerunt* in loco afflictionis 2. *Verbum* אָנָה *unde &* תַּאֲנִיָּה *mœror, propriè ſeceſſum, remotionem dicit.* 3. *Duo hujus verſus membra ſibi exactè reſpondent, ſi nomen hoc tali ſignificatu accipitur. Nam ut in poſteriori dicitur, operuiſti nos tetra nocte vel umbra lethali, ita in priori adhibetur vocabulum* ἰσοδύναμον *ſcil. ſolitudo remota ab omni conſortio viventium.* 4. *Aquila quoq; vertit,* ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ in loco inhabitabili. 5. *Idem volunt à* תַּן *derivata nomina: ſc. Gr.* δεινὸν, *Germ.* noth/ öd/ Einöde.

תַּנִּין *m.* תַּנָּה *f.* Draco, ſerpens.

16 אָנַן *Receſſit, ſeceſſit,* luxit, mœrore, moleſtia affectus eſt.

תְּאֹנִין *m.* Vanitas, dolor, moleſtia. *Ezech. 24. 12.*

אָתוֹן

P. II. אֲתוֹן pro אֲתוֹנָה m. אֲתוֹנָה f. *Molestia, animal molestia, Lat.* Asinus *molestus, Gr.* ὄνος, *Germ.* Esel.

33 אָבַךְ *Secessit, hinc* luxit, mœstus, tristis fuit, planxit, questus, conquestus est. *Hithp. Part.* מִתְאַבְּכִים *Num. 11.1. Cum Nun inverso ad Israelitarum perversam mentem declarandum scribi asserit D. Majus Oecon. V. T. p. 585. Sed alia Exemplaria manuscripta in Judæorum Synagogis asservata hocce Nun inversum non agnoscunt.*

42 אֲנָה *vel* אָנָּא f. Quæso, obsecro, euge, eja *Psal. 118. 25. & per aphæresin primæ radicalis*

נָא Quæso, obsecro, euge *Psal. 116. 16. v. P. 2. 431.*

665 קִינָה m. קִינָה f. Luctus gravis, lamentatio, næniа; *hinc*

קוֹנֵן *Pih.* In maximo luctu fuit, lamentatus est. *Fut.* וַיְקוֹנֵן אֶת־הַקִּינָה עַל־ & lamentatus est planctum hujuscemodi propter Saulem *i.e.* usus est hac næniа *2 Sam. 1. 17.*

קִין m. *Lat.* Lancea. *Gr.* λόγχη.

744 שָׁאַן *Pih. Maxime secessit, abscondit se, hinc* Tutus, tranquillus fuit, tranquillè egit.

שַׁאֲנָן m. *Qui recedit, & recipit se, hinc* Qui-tutus, tranquillus est.

שַׁאֲנָן m. *Recedens*, Apostata, defector. *Plur.* הַלַּעַג הַשַּׁאֲנִנִּים derisio hæc est *derisio* defectorum, *impiorum ob impiis proficiscens Psal. 123. 4.*

בָּהָה *Secessit, hinc* Luxit, lamentatus est, lamentum edidit. P. II. 442

בִּי בֶּהִי בֶּהִי m. Lamentum.

בִּיר m. *Cum* ד *exaggerativo*, I. Dolor maximus, commiseratio *Job. 16. 5. Vel* II. Secessus magnus, emigratio, evagatio. 446

בִּידָה f. Dolor *Thren. 1. 8.*

בּוּד I. Condolere, complorare II. Evagari, emigrare, errare, amoveri, agitari, commoveri. 445

בַּד m. Vagus, *Gen. 4. 12.*

נוֹד m. Vagatio, exilium. 446

מֵנוֹד m. Agitatio, commotio.

נְהִיָּה f. Lamentatio, lamentum.

הִי m. Lamentum, lamentatio, heu, væ, *ἐαί Ezech. 2. 10.* 442

הַוָּה f. *Gr.* οἶτος, Ærumna, pravitas.

הוֹי *Gr.* ἰοὺ, ἰὲ, οἰ, ἐαί, hui, heu, eheu.

הַוַּת *vel* הַיַּת f. Ærumna, pravitas, exilium. *Plur.* הַוּוֹת ærumnæ, nequitiæ *Psal. 5. 10.* דֶּבֶר הַוּוֹת pestis exitiorum *i.e.* teterrima, virulentissima *Psal. 91. 3.*

נֶהֱמָה m. נֶהֱמָה f. *Secessus, excessus ingens, hinc* I. Dolor maximus. II. Ira vehemens, fremitus, rugitus. Μανία, mania. 443

בָּהַם Gemuit, fremuit, rugiit, μαίνομαι, μανῶμαι, furo.

אָבַח *Secessit*, Luxit, gemuit, *Gr.* ἄχθομαι, ἀχῶ. *Hinc Niph.* נֶאֱבָח suspirans factus est, suspiravit, gemuit, ingemuit. *Fut.* יֶאֱבָח congemiscere solet populus *Prov. 29. 2.* 44

אֲנָחָה

P. II. אֲנָחָה *f.* Suſpirium, gemitus.

אַח Ah, heu.

מָאָה *Verb. inuſ.* Receſſit, retrogreſſu eſt, *hinc*

394 מֵאָה *f.* Centum: *Numerus, à quo ſi completus eſt, retrogredimur.* וְיוֹסֵף מֵאָה בַּעֲמִים & addat centum vicibus *i.e.* multiplicet centuplo *2 Sam. 24. 3. Conſtr.* מְאַת הַכֶּסֶף reſtituite eis ... centeſimam argenti, frumenti, &c. *i.e.* uſuram centeſimam *Nech. 5. 11. Centeſimam vocabant Romani, quum pendebatur unum de centum ſingulis menſibus. Sic Diodati. R. Sal. intelligit centum pondera argenti & tritici. Aben Ezra* רוב *vult, eos totum debitum remiſiſſe suâ ad 100. vid. Coce. Lex. 542.* מֵאָה centies *Eccl. 8. 12. Plur.* עֲבָרִים לְמֵאוֹת tranſeuntes erant per centurias, ſie giengen durch die Compagnien d. i. ſie muſterten ſolche *1 Sam. 29. 2. Chald.* מְאָה centum.

401 מוּם *m. Recedens à communi forma,* vitium, macula, labes: hinc *μέμφομαι* vitio verto.

402 מְאוּמָה *cum He parag. Fruſtulum, particula,* quicquam aliquid.

מְמְזֵר *m.* Spurius, notus.

530 עָוָה Receſſit, perverſè, iniquè egit, pervertit. *Niph.* נֶעֱוָה *vel* נֶעְוָה Perverſus, diſtortus, depravatus, curvatus fuit. *Pih.* עִוָּה depravavit, corrupit, *Gr.* διέφθειρε. *Hiph.* הֶעֱוָה Iniquè egit, pervertit.

531 עָוֹן *m.* Pravitas, perverſitas, iniquitas, adverſitas *Pſ. 31. 11. Meton.* Iniquitatis pœna, P. II.

אִם־יֵשׁ־בִּי עָוֹן quod ſi aliqua iniquitas eſt in me, *i.e.* commerui *1 Sam. 20. 8.* עָלַי הָעָוֹן וְעַל־בֵּית אָבִי contra me pravitas *ſcil. committitur* & contra domum meam *i.e.* mihi meæque familiæ periculum imminet *2 Sam. 14. 9, Conſtr.* נָשָׂאתָ עֲוֹן עַמֶּךָ remiſiſti iniquitatem populi tui *i.e.* veniam dediſti populo tuo *Pſal. 85. 3.*

עֲוֹנֹתַי *f.* Idem. *Plur. cum Aff.* adverſitates meæ *Pſal. 40. 13. Alii,* perverſitates, peccata. *Malè Nam. 1. Pſalmus agit de Chriſto innocente. 2. Verbum* עָוָה *non tantum de morali ſed & de Phyſica perverſitate accipitur. 3. Prius Hemiſtichium, quo cum poſterius plerumq; convenit,* רָעָה *defectum phyſicos non morales indigitat.*

עִוָּה *f. Chald.* Iniquitas.

עִוְעָה *m.* Perverſitas.

עַוָּה *f.* Perverſum, obliquum præbens, *vel,* res perverſa, corrupta.

עשׂו * *pro* שָׂעִיר *& hoc pro* שַׂעֲרָה Quod recedit *ſcil. a communi forma,* Perverſus. *Ita vocatur* primogenitus Iſaaci, *quod ex utero materno egreſſus eſt forma plane inuſitata Gen. 25. 25.*

עוּת Pervertit, depravavit, ſubver- 532
tit, curvavit.

עַוָּתָה *f.* Perverſitas.

יעה *Receſſit, perverſè egit,* pervertit, evertit. *Jeſ. 28. 17.*

יָעָה *m. unde Plur.* יְעִים Palæ, fur- 304
cillæ, *aliis* ſcopæ.

יְעִיאֵל

P. II. יְעִיאֵל בְּכֵלֵי נְבָלִים * וְעִיאֵל Jehiel autem *sonabat* instrumentis nabliorum 1 *Par. 16. 5.*

עִיתַי * I. Filius Ammihud. II. Unus ex posteris Bigvai. *Ezr. 8. 14.*

עַי * I. Urbs juxta Bethel. II. Urbs Ammonitarum *Jer. 49. 3.* P. II. 541

עַיִם *m.* Eversio, remotio, abactio.

COGNATIO V.

Verborum

עָלָה לָעָה מָלָא לִיָּה לוּהַ הָלָה אָלָה &c.

Cum

Grat. ἀλύω,

Lat. Levo, ה *ut apud Hebræos sæpius in* ו *mutatur, sic etiam à Latinis nonnunquam per* v. *effertur, quod Germani in* pf. *vertere solent.*

Germ. Lupffen.

Dividitur in II. significatus.

SIGNIFICATIO I.

Levavit, ἀλύω, lupffen/ auflupffen.

אָלָה Levavit, erexit, stabilivit. II. *Levavit, sustulit* 1. *vocem, hinc* Ejulavit. III. *Sustulit manum*, juravit, devovit, pejeravit, execratus est: *conf. Gen. 14, 22.* IV. *Sustulit oculos*, Respexit *ad aliquid. Prat.* אָלִיתָ devovisti *Jud. 17. 2. quod v. seq. explicatur per* הִקְדִּישׁ sanctificavit. 31

אָלָה *f.* Conjuratio *Prov. 29. 24.* Jusjurandum, perjurium *Psal. 10. 7.* וּבָא אָלָה & veniet *cum* execratione, *vel* & veniet *vir* execrationis 1 *Reg. 8. 31.* וְשָׁמְעָה קוֹל אָלָה & audit vocem adjurationis *i. e.* si ad jusjurandum vocatur *Lev. 5. 1. Chaldæus paraphrastes vertit:* Si audierit vocem judicis adjurantis. וּבָאִים בְּאָלָה & venientes *erant* in juramentum *i. e.* sacramento se obstrinxerunt *Nech. 10. 30. Aff.* וּבְאָלָתוֹ & cum adjuratione *i. e.* adhibito sacramento *Deut. 29. 12.*

אֵל *m. Excelsus, elatus:* Deus, *qui &* עֶלְיוֹן *Lat.* altus *dicitur.* Princeps *excelsus*, ἄρχων, præfectus, *Ezech. 31. 11.* אֱלֹהִים נִצָּב בַּעֲדַת אֵל *Deus* Deorum *qui est*, astans est in senatu principis, *in curia principis*, in medio judicum judicare solet *Psal. 82, 1. Alii*, Deus in cœtu Dei, *i. e.* suo, in cœtu divino *est.* 272

Sed

P. II.

Sed ita duo hemiſtichia non ſunt ἀντίστοιχα. *Plur.* אֵלִים principes, excelſi, potentes *Pſal. 29. 1.*

אֵל *m. Reſpectus. Conſtr.* אֵל & אַל *Segol cum Pathach permutato Prov. 12. 28. 2. Sam. 13. 16.* Ad *Gen. 1. 9. Et ſic ſæpius cum ellipſi verbi, converſum, propenſum eſſe ſumitur. v. Pſal. 77. 2. 119, 48. 120. 1.* אֶל־מִבַּיִת ad *locum, qui* extra domum *2 Reg. 11. 15.* Cum. אֶל־ בְּשֹׂרָה טוֹבָה יָבוֹא cum bono nuncio venit *2 Sam. 18. 27. vel 28.* De. *2. Reg. 19. 9. Gen. 20. 2. 2 Reg. 19. 32. Jer. 51. 60. Ita & πρὸς, Græcis per* de *uſurpatur Hebr. 1. 7. & 4. 13.* Propter *2 Sam. 21. 1.* Super וַיִּמְלֹךְ בְּהַר אֶל־הַגִּלְעָד & regem conſtituerunt ſuper Gilhad *2 Sam. 2. 9.* אֶל *alternat cum* אֵת *Jeſ. 38. 19. Jer. 10. 2. 2 Par 6. 27. coll. 1 Reg. 8. 36. cum* עַל *Job 42. 7. Jer. 40. 16.*

אֵל *m.* Virtus, robur, potentia, facultas, vis: *cui accedit* ל *proſtheticum* לְאֵל *ut in* לְאָם *Gen. 21. 29. Nech. 5. 5. Mic. 2. 1. Prov. 3. 27.*

אֵל Hi hæ, illi, iſti iſtæ, *ad quæ reſpicimus.*

272 אֱלֹהַּ *m. i. e.* אֵל הוֹהַ Princeps eſſentiæ, *vel*, princeps eſſentia, qui eſſentiâ omnes antecellit, *vel*, qui princeps eſſentiæ ſive vitæ eſt, Der Lebens-Fürſt. Deus. *Plur.* אֱלֹהִים *Deus* Deorum *i. e.* verus Deus. Principes: *De Plurali numero nominis* אֱלֹהִים *Dei quærunt eruditi, cur ille ſæpiſſimè adhibeatur ſcil. bis mille & quingentis circiter vicibus, ſingularis autem* אֱלֹהַּ *non ita frequenter ſcil. quinquageſies & ſepties. Quidam honoris cauſa factum volunt, alii & quidem non ſine ratione ellipticam locutionem putant, ut* אֱלֹהִים *dicatur pro* אֵל אֱלֹהַּ אֱלֹהִים *ut plenius ſcribitur Pſal. 50. 1. Nam 1. conſtruitur hæc vox cum verbo ſingularis numeri Gen. 1. 1. & alibi. 2. Certum eſt, ſcriptores ſacros aliàs etiam nomina Dei non ſine ellipſi ſcribere. Sic pro* אֱלֹהִים יְהוָה *ſcribunt* יְהוָה *pro* לַאדֹנַי יְהוָה *ſcribunt* לַיהוָה *3. Sæpe numero nomen regens omittitur. vid. Prov. 12. 27. 2 Reg. 3. 26. Eccl. 7. 7. Prov. 19. 6.* אֱלֹהִים *autem commodius transferri non poteſt, quam per* Deum verum, θεὸν ἀληθινὸν 1 *Joh. 5. 20.* uti vir ille *Dominus* dominorum iſtius terræ *i. e.* verus & legitimus Dominus, der eigentliche und warhafftige Herr iſtius terræ *Gen. 42. 30.* Peccarunt contra *Dominum* Dominorum ſuorum *i. e.* contra ipſum Dominum ſuum, wider ihren rechten und eigentlichen Herrn *Gen. 40. 1.* Cognovit aſinus præſepe *Domini* Dominorum ſuorum *i. e.* Dominum ſuum legitimum, ſeinen eigentlichen und rechten Herrn *Jeſ. 1. 3.* אֱלֹהִים צְבָאוֹת *Deus* Deorum, *Deus* exercituum *Pſ. 80. 5. pro* אֱלֹהִים אֱלֹהֵי צְבָאוֹת *ut ſcribitur Ezr. 6. 22.* רְאִיתִי עֵלִים מִן־הָאָרֶץ deos, *vel* virum eximium & humana forma auguſtiorem video aſcendentem ex terra 1 *Sam. 28. 13.* אֱלֹהִים וּבְנֵי אָדָם quam

 excellens

P. II. excellens est gratia tua *ergà* principes & filios hominis *Psal. 36. 8.* אֵל *ante* אֱלֹהִים *omisso* אֱלָהּ *Chald.* Deus,

32 אַלְיָה *f.* Cauda *arietis sive ovis erigi solita Lev. 7. 3. Exod. 29. 22. Arietes in orientalibus pascuis caudas habuerunt pingues, spissas & grandes. vid. Bochart. de animal. P. I. l. 2. c. 45. & Ludolf. Comm. in suam histor. Habess. l. 1. c. 10. N. 76. ubi refert testantes,* אַלְיָה *interdum repertam, quæ penderet libras 19. 20. 25. & 80. & tales oves esse in Persia, Syria & Arabia vicinâq. Non est ergo quod miretur aliquis, Mosen de eauda ovilla tam sollicitum esse, quæ apud nos ne teruncium valet. Bochart.*

אַלָּה *f.* אָלוֹן *m. Lat.* Alnus, Ilex, quercus *elata, procera.*

תַּאֲלָה *f.* Execratio.

אִלּוּ Si *Esth. 7. 4* Licet. *Eccl. 6. 6.*

אִלֵּין אִלֵּךְ *Chald.* Illi, isti, illæ, istæ.

אֵלֵךְ *Chald.* Ecce.

אָרַל *Levavit, sustulit,* erexit, stabilivit. *Item, Levavit, suspendit,* illusit. III. *Sustulit oculos, animum ad aliquid, hinc* concupivit, voluit, &c.

274 אוּל *m.* Robur. *Psal. 73. 4.*

אוּלָם *vel* אֻלָם *m. Lat.* I. Limen, aula, *Gr.* αὐλή, vestibulum, porticus. וְאוּלָם עַל־פָּנֵיהֶם וְעַמּוּדִים וְעָב עַל־פְּנֵיהֶם & porticus ante illas *scil. domus nemorensis Libani columnas erat,* & columnas & trabes *hujus scil. porticus erant* ante illas 1 *Reg. 7. 6. 7.* II. Votum *quasi volitio, Gr.* ἀλλὰ Quin imò, præprimis, &c. P. II.

אוּלַי Votum, utinam, fortean, &c.

לוּא לֹא *pro* אוּל Votum, utinam quæso. *Item Asseveratio, confirmatio, Gr.* ἀλλὰ, *Lat.* Aliter, alias, *Germ.* allein/ verum, enim, verò, cæterum, profectò *Psal. 27. 13.* לוּלֵא *vel* בִּי לֵא לוּ אַבְשָׁלוֹם חַי si modo Abschalom viveret 2 *Sam. 19. 6. vel 7.* בִּי לוּלֵי nisi 2 *Reg. 3. 14. Nota Psal. 27. 13.* לוּלָא *in bibliis Clodianis scribi* לוֹלָא *Plant. utr. Hisp. Angl. Athianis* לוּלָא *Bomb. 4.* לוּלָא *Men. Ben. Israel.* לוּלָא *Ubi puncta non vocalia literis imposita earum in altero codice absentiam notare docet reverend. Dn. Hillerus in Arcan. de X. & C. 152.*

אֵל *m.* Fortis, potens, robustus, *hinc*

אֵלִיָּה * *Elija, vel* אֵלִיָּהוּ *Elijahu:* Fortis est Dominus. I. Propheta Thisbites. II. Alius tempore Joramí 2 *Par. 21. 12. Confunditur hic cum priore, qui tum in cœlum jam erat translatus nec vel è cœlo, vel antea spiritu fatidico ad Joramum scripsisse credendus est.*

אֱוִיל *m. Levis, ludibrio habitus,* Stultus. 275

אִוֶּלֶת *m. Levitas:* despectus: II. Stultitia *Prov. 16. 3.* אִוֶּלֶת בְּסִילִים אִוֶּלֶת Corona, *ornamentum* sapientibus divitiæ eorum sunt, *(quas scil. labore comparant,)* sed stultitia stultorum *(qua nudis verbis vacant,)* despectus est

P. II. 275 est *Prov. 14. 24. Alii* stultitia stultorum est *vel* manet stultitia. *Sed* 1. *ita negligitur generalis vocabuli* אִוֶּלֶת *significatio.* 2. *tautologica enunciatio sine causa fingitur.* 3. *Ratio oppositionis inter* אִוֶּלֶת & עֲטֶרֶת *tollitur.*

אֵיל *m.* אֵילוּת *f.* Potentia, virtus, fortitudo. הָיִיתִי כְּגֶבֶר אֵין אֵיל extiti ut vir sine potentia *i. e.* ut vir impotens *Psal. 88. 5.*

אֵיל *m. Lat.* Limen, *Germ.* Schwell / *à firmitate.* Postis, superliminare. II. Aries. III. Projectura parietis in imo prominentis, paulo altior solo aut pavimento, in qua palmæ ad parietem & columnæ ponuntur, quales in ædificiis splendidioribus videre est, das Ausstehende am Gebäu/ als darauf ein Palm-Baum an die Wand zum Zierrath gemacht wird/ oder darauf Saulen gesetzt werden *Coccej.* הָאֵיל מְזוּזוֹת חֲמֻשִׁית projectura postium erat quinaria *1 Reg. 6. 30.*

אֵיל *m.* Vestibulum, superliminare.

אֵילָם *vel* אוּלָם Vestibulum.

אַיֶּלֶת *f.* Ilicetum.

אַיָּל *m. Gr.* ἔλαφος, ἔλμος, hinnulus: Cervus *elatus, firmus, vel, levis & hinc velox.*

אַיָּלָה *f.* Cerva.

אֲיֶלֶת *f.* Elatio, *vel* firmitas, *& hinc* I. Cantus. II. Cerva, *animal elationis, elatum, sublime.* אַיֶּלֶת אֲהָבִים cerva amorum *Prov. 5. 19.* Magna est, ut scribit Mercerus, in hoc animante simplicitas, amoris & ardor & sinceritas, non est fuspicax non morosum, nec fastidiosum, &c. Cervus & cerva 1. felle carent. 2. castè, nec nisi secretò congrediuntur. 3. sunt velocissimi & fortissimi ad invicem opitulandum, hinc Senecea: Si conjugio timuere suo, poscunt timidi prælia cervi. 4. Se mutuò juvant trajicientes flumina. 5. Pudoris causa latibula quærunt, 6. Post congressus lavantur, abstinent, &c. & quia in pilis & toto filo corporis aliquid habent, quod miré placet, hinc veteres inprimis his maximè delectati sunt & in more habuerunt, eos non solum alere summo studio, sed & lavare & pectere sertisque ornare aut torquibus, aut monilibus. Vid. Virgil. Æneid. 7. cervus erat forma præstandi &c. Ovid. Metam. 10. de cervo Cypariſſi, cornua fulgebant auro. Cerva Sertorii aures caputque ejus lambens fatorum responsa ipsi deferre credebatur ab Hispanis. Ex Pol. Syn. לַמְנַצֵּחַ עַל־ אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר Directori super cantum auroræ i. e. matutinum Psal. 22. 1. Plerique authores hunc titulum de cerva matutina, Christum patientem præfigurante accipiunt. Sed 1. significatus vocis אַיָּל *unde fœm.* אַיָּלָה *primarius est elatio, vel* firmitas, qua totis viribus vocem tollimus, uti alias cantus dicitur Psal. 8. 3. 2 Cognata verba tum apud Hebræos, tum apud Græcos aliosque cantandi, laudandi & celebrandi significatum habent, Sic הָלַל notat ejulavit, הִלֵּל laudibus celebravit, ἀλαλάζω designat tollere vocem tam lugubrem, quam lætam, κλείω, cum κ prosthetico celebrare, Germ. hallen / schallen / Lat. laudare. 3. Non video, qua ratione cerva matutina ab aliis cervis destinguatur. 4. gravissimas passiones, quæ & in hoc Psalmo memorantur, non mane, sed no-

P. II. ste & horis pomeridianis Christus sustinuit.

271 יָאַל *Kal. inus.* *Levavit, sustulit, animum, oculos, &c. ad aliquid, hinc* induxit in *animum*, *Spec.* Voluit, λιλαίομαι, appeto, cupio. II. Levavit, suspendit, illusit. III. *Levavit manum*, juravit. *Niph.* נוֹאַל Suspensus, *vel* levis factus est, auf die leichte Achsel nehmen/ stultè egit. *Niph.* הוֹאִיל Induxit in animum, &c. *Pret.* יְלוּ הוֹאַלְנוּ וְנֵשֵׁב utinam voluissemus & mansissemus *i.e.* utinam manere voluissemus *Jos. 7. 7.* *Fut.* וַיּוֹאֶל לָשֶׁבֶת & ausus est incolere *Jos. 17. 12.*

298 יָלַל *Kal. inus.* Maxime levavit *vocem, hinc spec.* Ejulavit, ululavit, flevit, *Gr.* ὀλολύζω, *Germ.* heulen. *Hiph.* הֵילִיל Ejulavit.

יֵלֶל *m. Constr.* יֵלֶל יְשִׁימוֹן ejulatus solitudo *i.e.* solitudo, ubi ferarum ululatus audiuntur *Deut. 32. 10.*

יְלָלָה *f.* אֲלָלַי *m.* Ejulatus.

תֵּילֵל *m. unde Plur. constr. cum Aff.* תֵּילֵלֵיהֶם *auctores* lamentorum nostrorum *Psal. 137. 3.*

633 צָהַל *Maximè levavit, sustulit vocem, hinc* Hinnivit.

מִצְהָלָה *f.* Hinnitus.

569 קָלָה *pro* קָאַלָה *Levavit, sustulit, suspendit, hinc* I. Torrefecit, assavit, χλιαίνω. vilipendit, leve habuit. II. Levavit *vocem*, *spec.* καλέω, κλάζω, *Lat.* clamo, clango. *Part.* קָלוּי tostæ fruges *Jos. 5. 10. vel 11.* P. II.

קָלִיא & קָלִי *Part. Kal.* Tostum, tostæ fruges, polenta. וְחִטִּים וּשְׂעֹרִים וְקֶמַח וְקָלִי וּפוֹל וַעֲדָשִׁים וְקָלִי & triticum & hordeum & *quidem subint. ex iis factam* farinam & polentam & ervum & ptisana & *quidem ex iis factam* polentam *2 Sam. 17. 28.*

קָלוֹן *m.* Levitas, vilitas, ignominia, despicatio. בָּא זָדוֹן וַיָּבֹא קָלוֹן venit superbia, tum venit ignominia *Prov. 11. 2. Nam superbia gignit iram Prov. 21. 24. rebellionem Deut. 17. 12. confidentiam c. 18. 22. rixam Prov. 13. 10.*

קַל *Part. Pih. apoc. pro* מְקַלֶּה *vel* מְקַלָּה Vilis, Levis, *hinc* velox, celer. כְּאַחַד הַצְּבִיִּם אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה & erat velox pedibus suis sicut caprea, quæ in campo *i. e.* pedum velocitate par erat sylvestribus capreis *2 Sam. 2. 18.*

670 קָלַל Levari, levem, velocem, vilem esse *vel* haberi, vilescere, imminui. *Pret.* מִנְּשָׁרִים קָלּוּ præ aquilis veloces sunt *i.e.* aquilis perniciores sunt *2 Sam. 1. 23.* *Niph. Part.* נָקֵל levis *i. e.* facilis perceptu *Prov. 14. 6.* הֲנָקֵלָה בְּעֵינֵיכֶם an leviculum est coram oculis vestris? *i.e.* parvine ducitis *1 Sam. 18. 23.* *Pih.* קִלֵּל *suspendit, hinc* Maledixit, blasphemavit, devovit, execratus est. *Pret.* קִלְלַנִי *vel* קִלְלַנִי קְלָלָה נִמְרֶצֶת maledixit mihi maledictione acerrima *1 Reg. 1. 8.* *Part.* מְקַלְלֵיהֶם

P. II. מְקַלְלִים לָהֶם quod maledictionem accerserent sibi 1 *Sam.* 3. 13. *Inf.* בְּקַלְלוֹ in detestatione sua 2 *Sam.* 16. 7 *Biblia Hoghthiana* לְקַלְלוֹ *scribunt.* לְקַלֵּל ad maledicendum ei *Nech.* 13. 2. *Pih. per reduplicationem* ק *formatum* קִלְקֵל *vel* קַלְקֵל *Levavit, sustulit, excelsum splendidum fecit, hinc* Polivit, expolivit, tersit, lævigavit *Eccl.* 10. 10. *Item* Detestatus est, destruxit, devastavit. *Fut.* וַיְקַלֵּל אֶת־ דָּוִד בֵּאלֹהָיו & detestatus est Davidem per Deos suos 1 *Sam.* 17. 43. *Hiph. Fut.* יָקֵל אֶת־ יְדוֹ מֵעֲלֵיכֶם levabit manum suam à vobis *i. e.* vos infestare desinet 1 *Sam.* 6. 5.

קַל *m.* Levitas, celeritas, velocitas, *Jer.* 3. 9.

671 קְלָלָה *f.* Maledictio, exsecratio *Gen.* 27. 12.

קְלוֹקַל *m.* Vilissimus *Num.* 21. 5.

156 קְלָלָה * *Cum* ד *prosthet. Maximè vilis, vilissimus:* Palma, dactylus.

643 צֶלֶף *Vilipensus, contemtus, abjectus:* Gluma.

812 צְקַלּוֹן *m. Gr.* θυλάκιον, *Germ.* Hülß! *Lat.* Gluma *vilis vel levis.*

שֶׁקֶל *m. Quod tersum, politum, splendidum est:* Siclus, pondus.

Quando LXX. in Pentateucho & in Josua ac Nehemia Siclum perdidrachmam exprimunt, intelligendus est didrachmus non communis sive Atticus, sed Alexandrinus. Testantur enim Josephus Antiq. 3. 9. & Hieronymus in Ezech. c 4. Siclum æqualem fuisse Tetradrachmo Attico, & Tetradrachmo Attico æqualem fuisse didrachmum Alexandrinum, exinde apparet, quod docet Festus Pompejus talentum Alexandrinum duplex fuisse ad Atticum & testis est Pollux talentum quodque habuisse 6000. drachmas ejus loci proprias, cujus talentum esset. Aquila interpres, qui Alexandrinus non erat pro Siclo non didrachmum, sed tetradrachmum ponit vid. Humfr. Hod. L. II. 113. P. II.

שָׁקַל Ponderavit, pendit, appendit, expendit, libravit. 821

מִשְׁקוֹל מִשְׁקָל *m.* Pondus. לֹא הָיָה מִשְׁקָל לְנְחֹשֶׁת בַּל־ הַכֵּלִים הָאֵלֶּה non erat pondus æris omnium vasium istorum *i. e.* tot vasorum immensum æris pondus erat 2 *Reg.* 25. 16.

מִשְׁקֶלֶת מִשְׁקֹלֶת *f.* Perpendiculum, libella 2 *Reg.* 21. 13. *Jes.* 28. 17.

לָוָה *Levavit manum, juravit, obstrinxit se, hinc* I. Mutuatus est, mutuò accepit, *quasi obstrinxit se: Germ.* leihen. II. *Sacramento aliquo sibi invicem obligatum esse, hinc* Adhæsit, adjunctus, conjunctus fuit. *Gr.* κολλάω, *cum* κ *prosthet.* III. Levavit, sustulit, erexit. *Niph. Fut.* וְיִלָּוּ עָלֶיךָ & cooptentur tibi *Num.* 18. 2. 381

לוּל *m. compos. ex* לוּי לוּי *Adjunctus, adjunctus.* Cochlea, *machina, quæ gradus gradui adjuncta est.*

לוֹלָה *f. Gr.* ἕλιξ, claviculus, annulus, loramentum, laqueolus, ligula. *Hinc* & χάλως, rudens, funis nauticus, & χάμιλος. *Cum* κ *prosthet.* 382

לְוִיָּה *f.* Ligamen *vel* adjunctio, adjectio, additamentum. *Constr.* לְוִיַּת חֵן לְרֹאשֶׁךָ

P. II. לְרֹאשֶׁךָ additamentum gratiæ capiti tuo *i. e.* ornamentum gratiam concilians capiti tuo *Prov. 1. 9.*

לְוָיָתָן *à fœm.* לְוָיָה *He ob accedens* ן *exaggerativum in* ת *mutatum est, ut in* נְחָשְׁתַּיִם צַוְּתָיו קַרְתָּן עֲשַׂלְתִּוּן *m. Gr.* ἔλεφας, *Lat.* Elephas *turrita, Germ.* Elephant / *q. d. Erectus, elatus, procerus Job. 40. 20. vel 26.* Animal ab altitudine dici meruit, quia inter terrestria maximum est, & olim in bellis turrim cum 32. hominibus & machinis bellicis contra hostes tulit. Veteres Romani elephantum vocarunt bovem Lucam, quasi Lucanum, in Lucania bello Pyrrhi Romanis primum cognitum: quod malè ad Evangelistam Lucam applicat Baronius Annal. ad ann. 58. vid. Voss. Etym. voce Lucas bos. Poni videtur pro furiarum & dæmonum maximo Job. 3. 8. conf. Jes. 27. 1. & pro Pharaone Ps. 74. 14.

381 לְוָת *Chald.* Ad, apud.

789 שְׁלָיו & שְׁלָו שְׁלָו *m. Lat.* Alauda. *Psal. 105. 40. Exod. 16. 13. Id enim genus avium 1. vespere & 2. magno numero evolat. 3. illarum esus salubris & suavissimus est. 4. à* שְׁלָיו *nomen alaudæ factum est, loco* שׁ *servilis à adhibito. 5. Concordat etiam etymon* שְׁלָיו *à* לָוָה *adhæsit, &c. alaudæ enim catervatim volant, una alteri adhærente. Aliis* שְׁלָיו *est* Coturnix. *At 1. coturnices damnantur mensis, quia comitialem morbum solæ præter hominem sentiunt & venenis vescuntur. vid. Bonfrer. 2. 2. Coturnix neq; in Græco, neq; in Latino, neq; in Germ. Convenit. cum* שְׁלָיו

לָוָה Levavit *manum, juravit, obstrinxit se, sacramento obstrictus fuit alicui, hinc* Adhæsit, adjunctus, conjunctus est. P. II. 387

לְוָיָה *f.* Adjectio, additamentum, corollarium.

יָלַד *vel* יָלַל *Cum* ד *frequentativo vel exaggerativo; Maximè adjunxit se, copulatus est; vel levavit, hausit, elicuit, hinc* Genuit, generavit, procreavit, peperit: *hinc est Gr.* Θηλύω, Θηλέω, germino, pario, gigno: τίλλω, ἀνατίλλω, oriri facio, produco. *Præt.* יָלְדָה *cum accentu* יָלַדָה ipsa peperit *Jud. 13. 2. Cum Aff.* יְלָדָתְהוּ peperit eum *Ruth. 4. 15. Secunda persona fœm.* יָלַדְתִּי *hinc* יְלָדָתְנִי peperisti me *Jer. 15. 10.* יְלִדְתִּיךָ *Vulgò* genui te, *melius* levavi, evexi te, ad Summam amplitudinem te extuli *Psal. 2. 7. Ita enim Paulus hoc* יָלַד *de glorioso nomine, quod Pater fecit filio Christo Ebr. 1. 5. & de inauguratione in officium Sacerdotale sumit Ebr. 5. 5. 2.* הַיּוֹם *certum tempus, non ut alii putant, æternitatem denotat, vid. Psal. 95. 8. Ebr. 3. 8. 15. & 13. 8. Si verò usum verbi communem deserere religioni ducis, optimè verteris, ut genitum produxisti sive declarasti. Forma enim verborum cum terminali Tzere ortum & significatum à nominibus habent. Sic forma verbi* מָלֵא *plenus fuit est à nomine* מָלֵא *& hoc à* מָלָא *implevit.* יְלָדָתְנוּ *dicunt lapidi, tu genitos i. e.* P. II. 296

filios

P. II. filios habes nos *Jer. 2. 27. Fut.* מַה־ יֵּלֵד יוֹם neſcis, quid pariturus ſit dies *hodiernus Prov. 27. 1. Niph. Prat.* נוֹלַד רָשׁ quum etiam in regno ſuo *eſt*, levatur *evehitur, exaltatur* pauper *Eccl. 4. 14, Vel*, quum etiam quis in regno ſuo *eſt*, ſit pauper. *Part.* הַנּוֹלָדִים בָּאָרֶץ geniti in terra *i. e.* indigenæ 1 *Par. 7. 21. Fut.* אַח לְצָרָה יִוָּלֵד frater *eſt*, qui in anguſtia gignitur *i. e.* apparet, præſtò eſt *Prov. 17. 17. Hoph. Part.* נַעַר הַיּוּלָד puer qui naſcetur, *naſcendus eſt Jud. 13. 8.*

297 יֶלֶד יֶלֶד וַלַד יֶלֶד *m. Lat.* Pullus, *Germ.* füllen/ *Gr.* πῶλος, Proles, natus, puer, puerulus. *Plur.* יְלָדִים Catuli: Pulli, fœtus *Job. 38. 41. 39. 3.*

יַלְדָּה *f.* Puella.

יַלְדוּת *f.* Progenies *Pſal 110. 3.*

יָלִיד *Part. Kal.* Natus. *Conſtr.* יְלִיד בַּיִת natus domi, verna, *οἰκογενὴς. Plur. Conſtr.* יְלִידֵי הָעֲנָק prognati Anako *Joſ. 15. 14.* בִּילִידָי ex natis *2 Sam. 21. 16. 18.*

יָלוּד *vel* יְלוּד *Part. Pyh.* Recens natus, *2 Sam. 12. 14. Plur.* הַיְלוּדִים nati *Joſ. 5. 4. vel 5.*

לֵדָה *f.* Partus *2 Reg. 19. 3.*

לוֹד * Λύδδα *Act. 9. 35.* Urbs Palæſtinæ, quam condidit Schemed, filius Elpahal, Binjaminita 1 *Par. 8. 12. Ezr. 2. 33. Neh. 7. 37.*

לוּדִים * I. Lydi, populus Aſiæ minoris à לוּד quarto filio Semi *Gen. 10. 22.* & ortum & nomen trahunt, teſte Joſepho & Euſebio. II. Mizraimi poſteri, ex Ægypto coloni *Gen. 10. 13.* qui cum alteram ejusdem regionis partem occupaſſent, pariter Ludim ſive Lydienſes vocati ſunt, ut Cares nominati, qui ex inſulis Carum regionem ſibi armis vendicarunt. Lydi olim erant gens bellicoſiſſima & bello exercitatiſſima. Sed periit eorum virtus bellica, poſtquam ex Croeſi, ultimi Lydorum regis conſilio Cyrus victor juſſit eos armis abſtinere, ſinuoſas ferre tunicas, cithara & tibiis ludere, Baccho & Veneri operam dare. Exinde Lydorum gens mollitie & luxu fuit infamis. Unde λυδιάζειν & λυδοπαθεῖν ii dicuntur, qui ventri plus nimio indulgent & voluptatibus ſe immergunt. Et apud Athenæum λυδοφοίτης eſt epitheton unguentarii. Sed & à Lydis nomen trahunt ludi *h. e.* θέαι ſpectacula, quorum inventores Lydi putantur, quod teſtimoniis Herodoti, Heſychii & Tertulliani probat Bochartus in *Phal. l. 2. c. 12.*

298 מוֹלֶדֶת *f.* Cognatio, nativitas.

תּוֹלֶדָה *vel* תּוֹלֶדֶת *f.* Generatio.

407 מָלֵא *vel* מָלֵא *Levavit*, ad ſummum replevit, complevit, implevit. *Item*, Plenus, completus, impletus fuit, *à nomine* מֶלֶא *hinc ſpec. Lat.* Amplum eſſe, *Gr.* πλήθύνεσθαι, *Germ.* voll/ viel. ה *quod Germani in* v. *Latini & Graci in* p. *vertunt. Prat.* מָלֵא לֵב לַעֲשׂוֹת רַע plenum eſt cor . . . ad faciendum malum

P. II. malum *Eccl. 8. 11.* Plenum *ſcil. ſpiritu*, tumidum ſpiritibus, audax. *Audacia enim implet cor ſpiritibus, qui inde prorumpentes in manus, linguam, &c. efficiunt, ut ea quis aggrediatur, quæ alias non auderet. Sic Eſth. 7. 5. Conf. Act. 5. 3. Sic etiam* fiducia piorum, *qua fidenter & intrepidè omnibus malis occurrunt, πληροφορία dicitur. Lud. de Dieu.* מְלֵאוּ מַחֲשַׁכֵּי אֶרֶץ plenæ, *abundantes* ſunt obſcuritates terræ, *abundantes ſunt* habitacula violentiæ *Pſal. 74. 20. Niph. Fut.* וְתִמָּלֵא בַרְזֶל וְעֵץ חֲנִית impletur *i. e.* armatur ferro lignoque haſtilium *2 Sam. 23. 7. Pih. Prat.* אֲשֶׁר דִּבֶּר בְּפִיו מִלֵּא quod promiſerat ore ſuo, præſtitit *1 Reg. 8. 15.* מִלֵּא אֶת־יְרוּשָׁלַיִם פֶּה לָפֶה & implevit Jeruſalem de ore ad os, ab extremitate ad extremitatem, ad orificium usque paſſim replevit *ſanguine ſc. innocenti 2 Reg. 21. 16.* מִלֵּא יָדוֹ בַּקֶּשֶׁת & admovit manum ſuam arcui *2 Reg. 9. 24.* מִלְּאוּ אֶת־הָאָרֶץ & repleverunt terram *1 Reg. 20. 27. ſine dages.*

מָלֵא *Part. Kal.* Repletus, plenus *Deut. 34. 9. hinc Lat.* Multus, *Germ.* viel / *Græc. πολὺς.* Plenum, plenitudo *Pſal. 78. 10. Affix.* מְלֵאָתָהּ plenitudo tua *Exod. 22. 29.*

מְלוֹ & מְלֹא *Infin. Kal. Gr. πλῆτος*, Multitudo, plenitudo. *Affix.* מְלוֹאוֹ plenitudo ejus *i. e.* quicquid continetur in eo *1 Par. 16. 32.*

מְלִיל *i. e.* מְלִי מְלִי *Part. Kal. Maximè impletus, hinc fœm.* מְלִילָה Manipulus magnus *Deut. 23. 25. vel 26. Aliis* מְלוּלָה *eſt* ſpica. *Sed 1. ſpica Hebræis dicitur,* אֲבִיב *2. R. Nathan* מְלוּלָה manipulum ſpicarum *explicat. 3. Rectius l. c.* קָצַר *demetere fruges falce opponitur decerpere manipulatim, quam ſimpliciter decerpere ſpicas.*

אֵלֶם *m. pro* מְלֵא *Gr. πλήρωμα*, impletio, perfectio, Multitudo. עַל־רֹב אֵלֶם propter oppreſſionem multitudinis longinquorum *i. e.* extraneorum, apud quos tum degebat David *Pſ. 56. 1.* הַאֻמְנָם אֵלֶם צֶדֶק תְּדַבֵּרוּן an revera perfectionem juſtitiæ pronuncialitis *i. e.* jus pleniſſimè dicetis *Pſal. 58. 2. Alii aliter ex conjectura vertunt.* 33

אֲלֻמִּים *Part Pah. pro* מְלֵאִים Manipulus, eine Handvoll / *Gr. ὄλος* faſcis.

אֲלֻמָּה *f. ab* אֲלֻמִּים *Gr. ἄμαλλα*, manipulus, faſciculus, faſcis: *hinc*

אֵלֶם Manipulos fecit.

מְלוּאִים *pro* מְלֻאוֹת *Locus* impletionum, plenitudinum *i. e.* locus munitus, operibus ad defenſionem plenus: Caſtrum. *Ita Chaldæus* מְלוּאִים *per* מְלֵיתָא *i. e.* vallum, agger, *extulit, Millo autem dicitur* caſtrum domus regiæ ſioniticæ *2 Sam. 5. 9. 1 Reg. 9. 15. 24. & 11. 27.* 408

מְלוּאָה *Part. Pyh.* Alveolus, valvulus, cavitas fundæ. 409

מְלוּאָה

P. II. מִלּוּאָה *vel* מִלֻּאָה *f.* Insitio, impletio, implementum.

מִלְאַת *f.* Funda annuli *Cant. 5. 12.*

מָלֵה *Idem quod* מָלָא Implevit, complevit, replevit.

מְמֻלֶּה *pro* נִמְלֶה *Part. Niph.* impletus, consummatus, perfectus, *& Subst.* Consummatio, perfectio. *Cum Aff.* לֹא יִטֶּה לָאָרֶץ מְמֻלָּם non extendet se in terram consummatio eorum, *vel ut Leo Judas habet*, non ad plenum crescet in terra *Job. 15. 29.*

412 מָלַל Levavit *vocem*, *hinc* verba fecit, locutus est, prædixit: *Spec.* λαλεῖν.

מִלּ *m.* מִלָּה *f.* Ὁμιλία, colloquium, Sermo, verbum.

413 הֲמֻלָּה הֲמוּלָה *f.* Tumultus, strepitus.

34 אִלֵּם *i. e.* אִי מְלַל *non loquitur*, *Græc.* ἄλαλος, Mutus *Exod. 4. 11.*

נֶאֱלַם *Niph.* Obmutuit. *Ezech. 3. 26. Fut.* תֵּאָלַמְנָה obmutescant, *Psalm. 31. 19.*

401 מוּל *Levavit, sustulit, abstulit*, abscidit, circumcidit, præputium abscidit. *Niph. Fut.* יִמּוֹל & succiditur, *carpitur Job. 14. 2.*

מוּל מוּל *Ad quod levantur oculi*, Ἐναντίον, Coram, contra, erga, è regione, versus, apud, prope, &c.

מוּלָה *f.* Circumcisio.

844 תְּמוֹל *vel* תְּמוּל *Abscisum*, *vel completum*, *consummatum*, *præteritum*, Heri, *Item*, ante, antea, מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם nudius tertius *i. e.* antea *Deut. 4. 42.* תְּמוֹל אֶתְמוֹל hesterni sumus *i. e.* nuper nati *Job. 8. 9.*

אִתְמוֹל אֶתְמוֹל אִתְמוֹל *m.* Heri. מֵאֶתְמוֹל מִאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם ab heri & nudius tertius *i. e.* antea 1 *Sam. 10 11.*

462 בָּמַל *Levavit, sustulit, abstulit*, abscidit, circumcidit, succisus fuit.

נְמָלָה *m.* נְמָלָה *f.* Formica. De his Ælian. hist. 4. 43. notat, quod tanta earum sedulitas, ut in pleniluniis ne noctu quidem quiescant. Aristot. hist. 9. 38. Eadem via semper omnes incedunt. Plinius: Silices itinere earum attritos videmus & in opere semitam factam: ne quis dubitet, qualibet in re quid possit quamtulacunque sedulitas. Plut. & Ælian. benevolentiam & modestiam in eis notat: aliæ aliis de via cedunt & maximè vacuæ onustis. Plut. quæ difficulter gestantur, erosa dividuntur, &c. Ælian. Sequuntur natu maximas, quæ tanquam duces præeunt. Hebræus Scriptor, qui Arabum scrinia compilavit, quomodo illi Græcorum; Docendum, inquit, quomodo sub terra construant domos & cellulas & vias anfractuosas & horrea sua granis impleant, & loca depressiora sibi adornent in alveorum modum, in quæ pluviales aquæ confluant: & si madefieri contingat cibus earum, quomodo illum foras educant & in agro exporrigant & quomodo grana ad cibum suum destinata in cellis flexuosis recondant, ut à pluviis sarta tecta sint. De cavernis earum Plutarchus hæc memorat: Tres illis sunt cavernæ, quarum una est commune omnium stabulum, secunda ciborum penus, tertia, in qua mortuæ reponuntur. Ælian. 5. 49.

P. II. Mortuarum elationis curam gerunt & latibula sic purgant, & 6. 43. Mortuas formicas necessarii granorum folliculis condunt. Et ne infensis animalibus facilis ad earum domos sit accessus, eò recta viâ non itur, sed per multas vias & flexiones & anfractus, ut idem docet. Ex latibulis tota hieme non excedunt, sed circa messem prodeunt cibis egentes, quod & Pocylides notat. Et Ælian. 2. 23. & 6. 43. animadvertit, eas ad trituram quandoque ire, singulas quandoque binas aut ternas, ut triticum & hordeum legant. Sed & ante messem culmis adhuc stantibus tanquam ad pabulandum proficisci & spicas à majoribus morsu abscissas minores excipere & grana ex suis glumis excutere, quæ domum ferant. Fx Pol. Syn.

399 מָהַל *Idem quod* מָלָה implevit, complevit. *Part.* מְהוּל בַּמַּיִם argentum tuum scoria factum est merum tuum completum est aqua, ist mit Wasser meistentheils angefüllt und vermischt *Jes. 1. 22.*
בְּמָהֳלָה * In plenitudine est, ist vergnügt.

171 הָלָה *Levavit, extulit, elatus*, splendidus fuit, splenduit: *hinc* ἥλη & ἄλη, calor, splendor solaris, ἥλιος Sol, ὕαλος vitrum, crystallus.
הֵילֵל *m.* Fulgor Dei.
הֵיכָל *m.* הֵיכָלָה *f. Lat.* Cella *sacra.* I. Palatium, regia 1 *Reg. 21. 1. 2 Reg. 20. 18.* II. Templum, tabernaculum 1 *Sam. 3. 3. 2 Sam. 22. 7. Psal. 11. 4. In templo* היכל *erat* pars Sancto Sanctorum proxima. *Aff.* מֵהֵיכָלְךָ עַל־יְרוּשָׁלַיִם *perfice* è templo tuo super Jerosolyma, *qua facere decrevisti Psal. 68. 30. In hac locutione proximè præcedentia verba repetenda esse, patet ex ipsa constructione* עַל־יְרוּשָׁלַיִם *quæ eadem ferè est ac præcedens* פַּעֲלֹתְךָ לָנוּ
תְּהִלָּה *f.* Lux, splendor. וּבְמַלְאָבָיו יָשִׂים תְּהִלָּה & angelis suis apponet splendorem *Job. 4. 18.*
הֶלֶם * Splendor: וּבְנֵי שֶׁמֶר . . . וַאֲרָם . . . וּבְנֵי־הֶלֶם . . . Et filii Schemer . . . & Aram *&* Helem: & filius Helem . . . *Vox Helem in sequenti versu repetenda à Scriptore Sacro omittitur 1 Par. 7. 35.*
הֶלֶם *m. Lat.* Lamina *splendens.* מַחֲלִיק פַּטִּישׁ אֶת־הֶלֶם פָּעַם lævigat ferramento laminam pulsus *i. e.* laminam tundendo deductam *Jes. 41 7. Alii aliter vertunt. Sed nostra interpretatio complet mensuram vocis* הֶלֶם *2. consuetam vocum constructionem servat. 3. Textui sacro convenientissima est. Quid enim* חָרַשׁ & צוֹרֵף *aliud agunt, quam ut statuam vel imaginem lævigent & lamina vel bractea ducta obducant?*
הַלְמוּת *f. Lat.* Malleus, *à levando sic dictus Jud. 5. 26. hinc verbum* 175
רִאשׁוֹנָה *f.* Prior, prius, primum. הַיֹּשְׁבִים רִאשׁוֹנָה ſedentes in primo loco, primum dignitatis locum obtinentes *Eſth. 1. 14.* וַתְּהִי בְּבָרִאשׁוֹנָה & fuit, ut antea *i. e.* in priorem ſtatum rediit *1 Reg. 13. 6.*

רִאשֹׁנִית *f.* Prima.

מְרַאֲשָׁה רַאֲשָׁה *f.* Cervical, pulvinar.

מַרְאֲשָׁה *f.* Principatus.

אָשַׁר *Traxit, traxit ſe*, proceſſit, inceſſit, contendit. II. *Traxit, duxit,* 60

P. II. *duxit, dux fuit, dominatus est*, rexit, direxit. *Pih.* אִשֵּׁר incedere fecit, direxit, duxit. *Item*, beatum exhibuit, beatum prædicavit, celebravit, beavit *Prov. 31. 28. à nomine* אֲשֵׁר

אֹשֶׁר *m. Lat.* Rectum, rectitudo, perfectio, beatitudo, *item*, Nemus, lucus, ein Lust-Wald / *ubi arbores ordine collocatæ sunt. Plur. Const.* אַשְׁרֵי הָאִישׁ rectitudines, perfectiones, beatitudines *sunt* hominis, qui non ambulat &c. *Psal. 1. 1. i. e.* is rectè procedit, perfectus & beatus est, qui &c. אַשְׁרֵי beatitudines *beatitudinum* sunt i. e. maxima beatitudo est *Psal. 146. 5. Aff.* אַשְׁרַי beatitudines ejus sunt *i. e.* maxime beatus est *Prov. 14. 21.* אַשְׁרֵהוּ beatitudo ejus est *Prov. 29. 18.*

אָשׁוּר *m.* Incessus, gressus. II. Rectitudo. III. Buxus, buxum *rectum. Aff.* רָבִין לַאֲשׁוּרוֹ insipiens credere solet omni rei, sed argutus qui est, attendere solet ad rectitudinem ejus *scil. rei i. e.* expendit, an id, quod proponitur, rectum æquumque sit *Prov. 14. 15.*

אֲשֶׁר Quis, qui, ille qui, illud quod, certè, quin imò, vel, ideo, imò, imo quin, etiam *1 Sam. 15. 20. Psal. 95. 11. Eccl. 5. 17.* locus qui, nam, postquam, qualis *Eccl. 6. 10.* quamvis, quanquam, quandoquidem, quia, eo quod, quò, quocunque, quod, quodcunque, omne quod, quomodo, quemadmodum, quum, quando si, tamen, ubi, ut, quò, ita ut, אֲשֶׁר לְתִתִּי לוֹ בִּשׂרָה pro eo quod darem ei nuncii præmium *2 Sam. 4. 10.* כַּאֲשֶׁר *quemadmodum omittitur Psal. 14. 4. & 125, 2. Prov. 26 9.* וַאֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ & quos *sc. misit* rex *2 Par. 34. 22.* אֲשֵׁרָה *f.* Beatitudo, felicitas. II. Nemus, lucus. אֲשֵׁירָה lucus *2 Reg. 17. 16.* אַשֻּׁר אֲשׁוּר *m.* Gressus, incessus, beatitudo. P. II.

אֲשַׁרְנָא *Chald.* Murus.

תְּאַשּׁוּר *m.* Buxus.

שָׁרַךְ *Traxit, traxit se*, processit, incessit, iter fecit. *Fut.* תְּשָׁרֵי 769
tendis, iter facis *Jes. 57. 9.*

בָּרַשׁ *Vehementer traxit, duxit, dux fuit, dominatus est*, rexit, direxit. *Verbum inus.* 103

בְּרוֹשׁ *m.* I. *Lat.* Fraxinus *recta. Nisi* בְּרוֹשׁ *scribitur pro* שִׁבֻּר *maxime nitidum, selectum. Est enim fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis. Virgil. Ecc. VII. v. 65. De ea Plinius lib. 2. c. 107. viret æternò fraxinus.* II. Lancea, hasta. III. Instrumentum musicum.

יָשַׁר *Traxit, duxit, dux fuit, dominatus est*, rexit, direxit, rectus, 332
rectum fuit *vel* visum est, placuit, approbatus est. II. *Traxit, traxit se*, processit, incessit, contendit, progressus est. *Fut.* אִוֹלַי יִישַׁר בְּעֵינֵי הָאֱלֹהִים si forte rectum erit in oculis Dei *i. e.* si forte Deo placebit *Num. 23. 27. vel 31.* וַיִּישַׁר הַדָּבָר בְּעֵינֵי דָוִד & delectatus est ea re David *1 Sam. 18. 26. Pih.* יִשֵּׁר P. II.

rectum

P. II. rectum fecit, censuit, prædicavit, præstitit, rectificavit, direxit, æquavit, complanavit, rectà deduxit, rectà ivit, contendit. *Fut.* וַיְיַשְּׁרֵם *pro* וַיְיַשְּׁרֵם & direxit eos, rectà deduxit *2 Par. 32. 30. Quidam* שׁ *sine Dages scribunt, ut sit Fut. Hiph.*

יָשָׁר *m. Græc.* ὀρθὸς, *Germ.* Recht/ *Lat.* rectus, idoneus *2 Reg. 10. 3.* gratus, rectum, æquum, rectitudo, æquitas, sinceritas. אִישׁ הַיָּשָׁר בְּעֵינָיו יַעֲשֶׂה quisquis bonum in oculis suis faciebat *i. e.* suo quisque vivebat arbitratu *Jud. 17. 6. Plur. Constr.* יִשְׁרֵי לֵבָב לְהִתְקַדֵּשׁ מִהַכֹּהֲנִים promptiores erant ad lustrandum se quam sacerdotes *2 Par. 29. 34.*

יֹשֶׁר *m.* Rectitudo, æquitas, justitia. *Potest etiam ut* צְדָקָה *beneficentiam notare Prov. 11. 24. Nisi mavis* מִישׁוֹר *cum aliis explicare per* plus quam rectum, æquum, laudabile est.

שׁוּר *pro* יְשׁוּר *m.* שׁוּרָה *f. Lat.* Murus; *Græc.* ἔρκος, *proprie rectitudo, linea recta, ordo. Plur. cum Aff.* בֵּין שׁוּרֹתָם intra muros eorum oleum exprimunt, *vel*, inter ordines *olivarum* oleum exprimunt *Job. 24. 11. R. Salom. exponit per* ordines vitium *vel* vineæ. *vid. Coccej. Lex.*

שׁוּר * *Cum He locali* שׁוּרָה *1 Sam. 27. 8.*

מִישׁוֹר מִישָׁר *m.* Rectitudo, rectum, æquitas. בְּמִישׁוֹר in rectitudine *i. e.* rectè *Psal. 26. 12. & cum ellipsi* מִישׁוֹר ב rectè, ex æquo *Psal. 67. 5,* יִתְהַלֵּךְ בְּמֵישָׁרִים procedit *& quidem* cum rectitudinibus *i. e.* per quam rectissimè *i. e.* gratissimum se præbet, valdè delectat *Prov. 23. 31. Sic dicitur* יָרֵחַ יָקַר הֹלֵךְ luna pretiosa incedit *i. e.* splendidam se præbet *Job. 31. 26.* P. II.

בְּשֶׁר *pro* בַּאֲשֶׁר Perquam rectum, commodum, *hinc Spec.* congruum fuit. 370

בָּשׁוּר *Part. Prat. Cal.* Rectus, rectum, congruum.

בִּישׁוּר *m. Quod dirigitur,* Fusus *Prov. 31. 19. Aliis est* verticillus *s.* vertibulus, *vel* colus. *Sed* בִּישׁוּר *non verticillus, sed fusus est, hic enim, non ille manibus tractatur. 2. Iisdem fere literis apud Græcos* ἄτρακτος *scribitur. 3. Verisimile est, fusi potius, quam verticilli mentionem fieri, fusus enim ad nendum necessarius est, non item verticillus. 4.* פֶּלֶךְ *sine dubio est Latinorum colus,* ם *neglecto: s. plenius scriptum* baculus, *similitudinem coli habens.*

בִּרְשָׁרָה *f.* Rectitudo. *Plur.* בִּבְרוּשָׁרוֹת educit vinctos in rectitudines *i. e.* in planissimam rectitudinem, ut rectissimè procedere possit *Psal. 68. 7.*

בִּשְׁרוֹן *m.* Rectitudo, æquitas, commodum.

שֵׁבָר *m. Rectissimus scil. potus: collataneum est* מֵישָׁר *Cant. 1. 4.* Potus inebrians, inebriativus, σίκερα, Sicera. 784
יַיִן וְשֵׁבָר לֹא שָׁתִיתִי vinum & siceram non bibi *1 Sam. 1. 15. Chaldæus paraphrastes vertit:* neque vinum novum,

P. II. vum, neque vinum vetus bibi : *hinc verbum*

שָׁכַר Inebriari. *Pih. Fut.* וַיְשַׁכְּרֵהוּ & inebriavit eum *2 Sam. 11. 13. Hiph. Fut.* אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם inebriabo tela mea sanguine *Deut. 32. 42.*

שְׁבֻרָה *Part.* Ebria.

שִׁבָּרוֹן *m.* Ebrietas.

שִׁבְרוֹן *m.* Idem. Terminus septentrionalis sortis Judæ. *Cum He locali* שִׁבְרֹנָה *Jos. 15. 11.*

שִׁכּוֹר *Part. Pret. Pyh.* Inebriatus, שִׁכּוֹר עַד־מְאֹד bene potus 1 *Sam. 25. 36.*

783 אֶשְׁכְּלָה אַשְׁכְּלָה *m. pro* אֶשְׁכּוֹר אֶשְׁכֹּל אִשְׁכָּלָה *f.* Botrus, racemus.

254 חָרַשׁ *Traxit, duxit, dux fuit, dominatus est, hinc* I. Rexit, direxit, aptavit, disposuit, fabricavit, fabricatus, machinatus est. II. *Dominatus est, domuit, coercuit, compescuit se,* tacuit, siluit, surdum egit. III. Cogitavit, *quod fit in silentio*, excogitavit. IV. *Distraxit, dissecuit,* aravit, *dissecuit terram,* exaravit, insculpsit. V, *Distraxit,* cunctatus, moratus est. *Fut.* וַאֲלֵי יֶחֱרַשׁ veniet Deus noster, nec cunctabitur *Psal. 50. 3. Hiph. Imp.* הַחֲרֵשׁ שִׁים יָדְךָ עַל־פִּיךָ tace & impone manum ori tuo, *digito compesce labellum Jud. 18. 19. Part.* וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ & fuit sicut tacens, surdus *i. e.* dissimulavit *1. Sam. 10. 27.* כִּי עָלָיו שָׁאוּל מַחֲרִישׁ הָרָעָה quod sibi Saul moliatur malum *6. 23. 8.* לָמָּה אַתֶּם מַחֲרִישִׁים לָהֲשִׁיב cur vos cunctantes estis, *cur cunctamini* reducere *2 Sam. 19. 10. vel 11. Fut.* אַל־תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנּוּ מִזְּעֹק ne sileas a nobis a clamando i. e. ne intermittas pro nobis clamare *1 Sam. 7. 8.*

חָרַשׁ חָרָשׁ *m.* Artifex, faber. חָרַשׁ עֵץ *vel* עֵצִים faber lignarius *Jes. 44. 13. 2. Reg. 12. 11. vel 12. Plur. Constr.* חָרְשֵׁי סִיד fabros parietum i. e. cæmentarios *1 Par. 4. 1.*

חָרִישׁ *m.* Aratio *Exod. 34. 21.*

חֵרֵשׁ *m. Lat.* Surdus.

חֹרֶשׁ חֹרֶשׁ *m.* Ramus *rectus, erectus,* II. Saltus, *Germ.* Forst / *ubi arbores ordine plantatæ sunt. Cum He locali* בַּחֹרְשָׁה versus saltum *1 Sam. 13. 15.*

חֶרֶשׁ *m.* Silentium, *in silentio*, clam, silenter.

חֲרִישִׁית *f.* Silens, submissus.

חָרֹשֶׁת *f.* Artificium, fabrefactura, sculptura.

מַחֲרֵשָׁה *f. Lat.* Marra, *Græc.* μαῤῥον, *Gall.* marre, *Germ.* Schor / sarculum, rutrum.

חֶרְמֵשׁ *m.* Falx messorum, *à dissecando vel secando sic dicta.* 251

חֲרוּשׁ *Part. Pret. Pyh. pro* חָרַשׁ *Rectus*, gerad / radius rotæ. 258

יָרַשׁ *Traxit, duxit, dux fuit,* dominatus est, dominium exercuit, *Germ.* herrschen / domuit, subjecit, prostravit, occupavit, obtinuit, hæres effectus fuit, in hæreditatem successit, jure hæreditario possedit. *Inf. cum Aff.* הֲלֵירָשֵׁנוּ an ad possidendum nos *1 6.* 325

P. II.

P. II. ut possideretis nostram substantiam & nos ad inopiam redigeretis *Jud. 14. 15. Imp.* רַשׁ occupate *Deut. 1. 8. Futur.* וַיִּרַשׁ & occupavit terram ejus *Num. 21. 24.* & *Joth radicali extrita* וַיִּרַשׁ *Gen. 22. 17.* אֲשֶׁר תִּירַשְׁנוֹן quam possessuri estis *Deut. 5. 34. Hiph.* הוֹרִישׁ Possidere fecit, possidendum dedit, tradidit, hæredem instituit, *Item*, possessione expulit, depauperavit, pauperem fecit. *Oppos.* הֶעְשִׁיר *ditavit 1 Sam. 2. 6.* extraxit. *Prat.* וְהוֹרַשְׁתֶּם אֶת־הָאָרֶץ & populemini terram *Num. 33. 53. Imp.* וְהוֹרִישׁ expellendo *Jud. 1. 28. Fut.* יוֹרִשֶׁנּוּ de ventre ejus extrahet illud Deus *Job. 20. 15.* תּוֹרִישֵׁמוֹ expellet eos *Exod. 15. 9.*

יְרֻשָּׁה יְרֻשָׁה *f.* מוֹרָשׁ *m.* מוֹרָשָׁה מוֹרֶשֶׁת *f.* Possessio, hæreditas.

יְרוּשָׁלַיִם * *Cum He locali* יְרוּשָׁלַיְמָה Hierosolymam 1 *Reg. 10. 2.*

רֶשֶׁת *f.* Rete.

תִּירוֹשׁ *m.* Mustum *prosternens.* אֶרֶץ תִּירוֹשׁ terra vini ferax *Deut. 33. 28.*

712 רָכַשׁ *pro* בָּרַשׁ *Valde traxit*, attraxit, occupavit, obtinuit, acquisivit, comparavit.

רֶכֶשׁ *m.* Jumentum jugale, *quod trahit. Alii vertunt* jumentum celere, *Hebræis* פֶּרֶד *dictum.*

רְכוּשׁ *m.* Acquisitum, bonum acquisitum, substantia, facultates.

אִשְׁבָּר *m.* Opes, substantia, facultates, munus.

SIGNIFICATIO II. P. II.

Distraxit, διαστρέφω, voneinander rücken.

זָרָה *Distraxit*, sparsit, dispersit, dissipavit, ventilavit. II. *Contraxit*, constrinxit, ligavit, obligavit, coercuit, concluſit, cinxit. *Prat.* לֹא־זֹרוּ מִתַּאֲוָתָם *at* nondum coercuerant se a desiderio suo, *à re desiderata Psal. 78. 30. Pih. Prat.* לֹא זֹרֵר non obligantur *Jes. 1. 6. Kübbuz ob* ר *literam indagessabilem in Cholem mutatur.* 197

זֵר *m.* Ventilator.

זֵרָה *f.* Spithama.

זַרְזִיר *m. Maxime cinctus*, Græc. καρκῖνος, καλαβος, *Germ.* Krebß/ *Lat.* Cancer. זַרְזִיר מָתְנַיִם maximè cinctus lumbis i. e. Cancer *Prov. 30. 29. Is enim 1. Thorace indutus est, quoad lumbos vel ut Scriptura loquitur* ἐνδυσάμενος τὸν θώρακα. *2. Ejus incessus mirus est. 3. A* זַרְזִיר *nata sunt nomina* καρκῖνος, &c.

זָרֶד *m. Sparsus, dispersus, Lat.* Sarmentum, *Germ.* Reisig.

מְזָרֶה *Part. Pih. Constringens, arctans*, acris, rigidus, arcticus, arctous. *Plur.* מִמְּזָרִים קָרָה ex penetrali i. e. ex meridie venit tempestas & a sideribus arctois frigus *Job. 37. 9. Alii aliter vertunt.*

זֶרֶם זָרְמָה *f.* Sparsio, consperſio, aspersio maxima, inundatio, diluvies, procella, fluxus *Hab. 3. 10.* סֵתֶר זֶרֶם *vel* מַחְסֶה מִזֶּרֶם latibulum contra procellam *Jes. 32. 2. XXV. 4.* זֶרֶם קִיר imber parietis i. e. parietem deficiens 199

P. II. *Jes. 25. 4. Coc.* בְּזֶרֶם בְּרַד שֶׁשֶׁר קֶטֶב בְּזֶרֶם מַיִם בַּבִּירִים שׁוֹטֵפִים sicut procella grandinis, *sicut* turbo exitii, sicut diluvies aquarum potentium redundantium *Jes. 28. 2. hinc Verbum*

זָרַם Inundavit, instar procellæ abripuit, imbre perfudit.

289 זָרַר *Distraxit, disjunxit*, alienavit, abalienatus fuit. II. *Distraxit, dispersit*, sparsit. III. *Contraxit*, compressit. *Part.* הַזְּרוּרָה distractum, divulsum, discissum *Jes. 59. 5. Fut.* תְּזוֹר *unde* תְּזֹרֶהָ comprimat, obterat ea *Job. 39. 15. Pih.* זֵרֵר *Lat.* Sternutavit, *Græc.* πτάρνω, *qs. sparsit.*

זָר *m.* Alius, qui est alienæ gentis, familiæ, alieni thori, animi.

זָרָה זָרְאָה *f.* Fastidium, nausea, ejectamentum.

257 הַרְאוֹן *m.* Fastidium, nausea ingens. ד *cum* ו *permutato.*

190 מָזוֹר *m.* Vulnus, ulcus, fœditas.

79 בָּזַר *Maximè distraxit*, dispersit, sparsit, dissipavit.

בֹּזֶר *m.* Dispersio. *Constr.* בְּזַר עַמִּים dispersio populorum *fiat Psal. 68. 31.*

בַּרְזֶל *m.* Ferrum, *Græc.* σίδηρος.

223 גָּזַר *Maximè distraxit*, dissecuit, secuit, diffidit *Psal. 136 13.* abscidit, exscidit, decidit, decrevit. *Imp.* גְּזֹר אֶת־הַיֶּלֶד הַחַי לִשְׁנַיִם dividite puerum vivente in partes duas *1 Reg. 3. 25.*

גְּרָזִין *m. pl.* Haruspices. P. II.

גֵּזֶר *m.* Segmentum, decisum, decisio, excisio, pars *Psal. 136. 13.*

גַּרְזֶן *m.* Securis.

גְּזֵרָה *f.* Decisio, avulsio. *Chald.* decretum.

גְּזִירָה *f.* Decisum, segmentum, excisio, septum, structura separata.

מַגְזֵרָה *f.* Locus excisionis, latomia, fodina metallica, *Plur. Constr.* בְּמַגְזֵרוֹת בַּרְזֶל in fodinis ferri *2 Sam. 12. 31.*

רָגַז *pro* גָּזַר *Maximè distractus, concussus*, commotus, inquietatus est. *Hiph. Part.* מַרְגִּיז אֶרֶץ מִמְּקוֹמָהּ qui movet terram ex loco suo *Job. 9. 6. Prat.* הִרְגַּזְתָּנִי inquietas me *1 Sam. 28. 15. Chald. Aphel. Prat.* מִן־דִּי הַרְגִזוּ לֵאלָהּ ex quo provocarunt ad iram Deum *Ezr. 5. 12.* 699

רֹגֶז *m.* רַגָּזָה *f.* Commotio.

רָגֶז *m. Chald.* Commotio, ira.

רַגָּז *m.* Commotus, trepidus.

חָזַר *Distraxit*, dispersit, sparsit, dissipavit, diruit, *Fut. Hiph.* יַחֲזִירֶהָ 217 * Disperget *Deus.*

חֲזִיר *m. Græc.* χοῖρος, *Lat.* Porcus, *Germ.* Gerckel / *à devastatione sic dictus.*

חֲרוּז *Part. Pah. Sparsus, Lat.* Sertum, *quo collum spargitur.*

חֲזִיר * *Part. Pih.* Dissipatus, dispersus. I. Ex Babylonia redux Nech. 10. 21. II. Sacerdos 1 Par. 24. 15.

פָּרַז *Chald.* Maxime sparsit, dispersit, proclamavit. 367

פְּרוּזָא

P. II. בְּרוּזָא *m.* Præco.

בּוֹרָז * *Plur.* בְּרָזִין χοραζιν, χωραζιν. Oppidum Galilææ ad lacum Genneſareth trans Jordanem, non procul à Capernaum. In tabula Operum Ligtfooti ſupra Tarichæam & Capernaum in Septentrionem, Cana verſus ad lacum ponitur. Hieronymus in locis Hebraicis de hoc oppido ſuo tempore ſcripſit: Eſt nunc deſertum in ſecundo lapide à Capernaum.

193 דָּמַר *Diſtraxit, avulſit*, præcidit, putavit.

זְמַר *m. Græc.* ὄρυξ, *Lat.* oryx. *Conf. ea quæ ſub* תוא *traduntur P. II. p. 833.*

מְזַמְּרָה *f.* Falx putatoria, falcula vinitoria, falcula, vinitoria.

458 בָּזַר *Diſtraxit, avulſit*, abſtraxit, ſeparavit, avertit ſe, abſtinuit, continuit ſe *à re aliqua.* II. *Contraxit*, conſtrinxit, coercuit, arctavit, clauſit, cinxit. *Hiph. Præt.* וְהִזַּרְתֶּם מִטֻּמְאָתָם atque ita à ſuis inquinamentis vindicarote *Lev. 15. 31.*

נָזִיר *Part. Præt. Cal.* Separatus, eximius, præſtantiſſimus, Naziræus.

נֵזֶר *m.* Abſtinentia, Naziræatus. II. Votivus Naziræorum crinis. III. Corona, diadema. IV. Inſigne, eximium.

זֵר *m.* Corona, limbus: *hinc Verbum*

זָרָה *Pih.* Circumdedit, cinxit, circumplexus eſt.

מְנוֹרִים *m. pl.* Diademati.

מַזָּרוֹת *f.* Arctoa *ſc. ſidera, conſtringentia, rigida. Hinc eſt nomen* Arcturus, ſtella inſignis magnitudinis inter pedes Bootæ: Cauſa procellarum & ſævæ tempeſtatis creditus.

בָּשַׁר *Diſtraxit*, diſcidit, diſſecuit, ſecuit. P. II. 486

מַשּׂוֹר *m. Lat.* Serra.

בָּתַר *Diſtraxit*, diſſolvit, diſperſit, diſſolutus eſt, diſſiliit. *Item*, diſtraxit, diſſecuit, aperuit, declaravit. *Hiph. Fut.* וַיַּבְתֵּר תַּמִּים דַּרְכּוֹ & declarat, *exhibet* ſimplicem viam ſuam *2 Sam. 22. 33.* 490

נֶתֶר *m. Lat.* Nitrum, quod lapidi ſimile abrumpitur & cæditur in terra aliorum foſſilium modo. Nitrum, ut plerique Medicorum aſſerunt, amplius non extat, ſaltem in noſtris officinis, quæ ejus loco Sal-petræ ſubſtituunt. In Aſia tamen & Ægypto vendi dicunt Scaliger & Bellon. Nitrum, ait R. Nathan, eſt pulvis quidam maculas expurgans. Eſt lapis molliſſimus, inquit Maimon. Momento in aquis liqueſcens, quo capillos & veſtimenta lavat. v. Gejer. Nitrum, inquit Georg. Agric. fieri ſolet vel ex aqua nitroſa, vel ex diluto vel ex lixivio. Aqua enim Nili in nitrarias derivata & ardore Solis detoſta vertitur in nitrum. At dilutum, ex quo conficitur nitrum, fit ex aquis dulcibus terra nitroſa percolatis חֹמֶץ עַל־נֶתֶר acetum ſuper nitrum Prov 25. 20. Nitrum alias uſus magni eſt, nam ſi in aures inſtillatur, licet acrimonia ſua mordeat, earum tamen ſordes expurgat & tinnitus ſanat, ut teſtantur Dioſcor. l. 5. c. 89. & Galen. 3. de compoſ. medicam. Etiam vitiligines, quæ turpes ſunt in corpore maculæ, ſanat & ulcera & icterum, &c. Sed acetum ſuper nitrum infuſum, id corrumpit, diſſolvit & ineptum reddidit ad detergendas veſtium maculas, ad quod alias eſſet accommodum. Mercer. Hinc proverbium: Acetum in nitro de eo, qui cantat carmine peſſimo, de oratione ingrata & permoleſta.

P. II. בָּהַר *Chald. Distraxit, dispersit,* sparsit, fluxit, defluxit, decidit ut marcidum.

598 פָּזַר *idem quod* בָּזַר Maximè distraxit, dispersit, sparsit: *hinc spec. Lat.* sparsit, *Graec.* σπείρω, σκορπίζω.
פַּרְזִי פְּרָזִי פָּרָז *m.* Paganus.
פְּרָזָה *f.* Pagus.
פְּרָזוֹן *m.* Pagus, *Meton.* Paganus, paganitas *i. e.* homines inhabitantes pagos.
פַּרְזֶל *m. Chald.* Ferrum.

200 זָרַק *cum* ק *paragogico: Idem quod* זָרָה *vel scribitur pro* זָיַר Sparsit, asperſit, inſperſit, conſperſit.
מִזְרָק מִזְרָקָה *m. f. Lat.* Crater, pelvis *ſparſoria*, phiala *2 Reg. 12. 13. vel 14.*

772 שָׁזַר *Maximè contraxit*, conſtrinxit, contorſit. *Proximè accedit hoc verbum ad* אָזַר אָסַר &c.

199 זָרַע Diſtraxit, diſperſit, ſparſit, *diſtraxit, protraxit, extraxit*, diſtendit, II. Seminavit, ſevit, plantavit, *à nomine* זֶרַע *ſemen. Part.* אוֹר זָרוּעַ לַצַּדִּיק lumen ſparſum eſt ſuper juſtum *Pſal. 97. 11.*
זֶרַע זֶרַע *m.* Semen, ſementis, ſtirps *2. Sam. 4. 8.* progenies *Pſal. 112. 2.* זֶרַע אֲנָשִׁים ſoboles virilis, *vel ut Chaldaus vertit*, ſemen inter filios hominum *1. Sam. 1. 11.* מִזֶּרַע הַמֶּלֶךְ de ſtirpe regis *i. e.* regia *1 Reg. 11. 14. Aff.* לְזַרְעֲךָ poſteritati tuæ *Gen. 35. 12.* זַרְעֲךָ ſata tua *Job. 39. 12.*

P. II. זָרוּעַ *Part. Prat. Pyh.* Satum, ſativum.
זֶרַע זֶרַע *m.* Legumen.
זְרוֹעַ זְרֹעָה *c. f.* אֶזְרוֹעַ *c. Lat.* Brachium, lacertus, *Germ.* Arm / armus. *Metaph.* auxilium, adjutorium. הָיוּ זְרוֹעַ לִבְנֵי לוֹט fuerunt auxilio filiis Loth *Pſal. 83. 9.*
מִזְרָע *m.* Sementis, quod ſeritur. 200
אִזְדְּרַע זְרַע *m. Chald.* Brachium, poteſtas. 158

שָׁרָה Diſtraxit, diſperſit, ſparſit, conſperſit, adſperſit: *hinc Germ.* trancken / thränen. 268
טְרִיָּה *f.* Conſperſa, madida, humida.
טֶרֶם Hucuſque non, antequam, priusquam.
מִטָּר *m.* מִטָּרָה *f.* Pluvia: *hinc verbum* 406
נִמְטַר *Niph.* Complui.

רָטַב Maximè maduit, humidus fuit *à nomine* רֶטֶב 719
רֶטֶב *i. e.* טֶרֶב רֹב *vel* רֶט *Conſperſus multum*, ſuccoſus, humidus.
רְטַפַּשׁ *i. e.* רָטָה פַּשׁ *vel* רָטַב Madidus fuit, abundavit, madore abundavit *Job. 33. 25.*

טָרַד *Frequenter vel multum diſtraxit, diſperſit*, ſparſit, ſtillavit, manavit. 268
טָרַד *Chald. Diſtraxit*, disjecit, ejecit, extruſit, expulit, depulit.

רָטַשׁ *pro* טָרַשׁ *vel* טָרַד *cum* שׁ ד *permutato:* Multum diſtraxit, diſperſit, colliſit, alliſit. 719

חָטַר

P. II. חָטַר *Distraxit*, dissecuit, secuit, cæcidit: *hinc*

219 חֹטֶר *m.* Virga, virgula, *qua quis cæditur.* חֹטֶר גַּאֲוָה in ore stulti virga est superbia *i. e.* superbiloquentia est virga seu causa, ut vapulet stultus *Prov. 14. 3.*

250 חָרַט *idem quod* חָטַר Distraxit, dissecuit, secuit, scidit, discidit, excidit, &c.

חָרִיט *Part. Cal. Excisus*, Sacculus, loculus.

חֹרֶט *m.* Vas *excisum, excavatum*, à quo aurum ab Israelitis collectum formam vituli accepit *Exod. 32. 4.* II. Stylus scriptorius, *quo inciditur s. exaratur.*

חַרְטֹם *m.* Magus.

260 חָתַר ת *cum* ט *alternante: Distraxit*, dissecuit, secuit, scidit, discidit, excidit, effodit, perfodit. *Metaph.* Sulcavit, remigavit, *Græc.* ἐρέσσω. מַחְתֶּרֶת *f.* Instrumentum perfossorium, *vel* Effossio.

275 חָרַת *idem quod* חָתַר Exscidit, exaravit, exsculpsit.

294 יָטַר Distraxit, dispersit, dissipavit, diffudit.

יֹטֶר * Columna fumi *aut* suffitus *dispergens se.*

668 קִיטוֹר *m. Multum dispergens se*, Fumus, vapor. בְּגֵאד בקיטור sicut uter in fumo *pendens Psal. 119. 83.* exhaustus & exsiccatus mœrore. *Conf. Prov. 17. 22. hinc Verbum*

P. II. קָטַר *à quo Pih.* קִטֵּר Fumum fecit, suffumigavit, suffivit, adolevit. *Hiph.* הִקְטִיר adolevit, fecit, ut combureretur, accenderetur, *vel* accendendum tradidit *Lev. 9. 10. 13. Nam v. 24. demum ignis* ἀρωνοποιὸς *omnia imposita altari consumsit. Cocc. Fut. cum* ו *parag.* וָאֲקַטְּרֵן antequam adolerent *1 Sam. 2. 15.*

קָטֹר *Part. Prat. Cal.* Fumigatus, caminatus, caminis instructus.

קְטֹרֶת קְטֹרֶת *f.* קָטֹר Suffitus.

מִקְטָר *m.* Suffimentum, themiaterium.

מִקְטֶרֶת *f.* Suffimentum, thuribulum.

מְקַטֵּרָה *Part. Pih. f.* Suffitoria, *ara* thuraria.

798 שָׁטַר Maximè distraxit, dissecuit, secuit, cæcidit, castigavit. *Part.* שֹׁטֵר cædens, castigans, lictor, ῥαβδοῦχος, executor.

שָׁטַר *Chald.* Potestas, *sed non summa*, dominium.

מִשְׁטָר *m.* Magisterium, dominium.

826 שָׁרַט Distraxit, dissecuit, secuit, incidit, cæcidit.

שָׂרֶט *m.* שָׂרֶטֶת *f.* Cæsura, incisio.

719 רָטַשׁ Distraxit, dispersit, diffidit, dissecuit, disjecit. *Fut.* יְרֻטַּנִּי disjecit me in manus improborum *Job. 16. 11.* רֶטֶשׁ *vel* רֶהֶט *Fissum*: Concha, *Græc.* ὄστρεον, Austern/ genus piscium, ostrum, color, qui ex concharum sanie conficitur. *Plur.* מְלֹא אַסּוּר בְּרַהֲטִים caput tuum super te *i. e.* ornamentum quod

P. II. est super caput tuum, est ut coccus, & coma capitis tui est sicut purpura, rex vinctus est ostro *Cant. 7. 5. vel 8.* II. Canalis qs. concha *Gen. 30. 38.*

רְהִיט *m.* Pergula *Cant. 1. 17. Alii*, canalis *vel* ambulacrum, *vel* trabs.

719 רָטַט *m. Idem quod* רָהַת Horror, tremor, *qs. distractio animi, ubi homo huc illuc se vertit, hinc Græc.* τρέω, *Lat.* tremo.

726 רָסַה ט *cum* ס *permutato: Distraxit*, dispersit, sparsit, disrupit: *hinc Part. Præt. Pih.* רִסֵּס *pro* רִסָּה *à quo*

רִסָּה *f. Sparsum, conspersum*, Ros.

רָסַס Dispersit, sparsit, dissipavit, disrupit.

רְסִיס *Part. Præt. Cal. Sparsus, disruptus, hinc* I. Gutta. II. Ruptura.

180 הָרַס *Distraxit*, dispersit, dissipavit, diruit, destruxit, demolitus est, subvertit, perrupit.

הֶרֶס *m.* הֲרִיסוֹת הֲרִיסָה *f.* Destructio, subversio.

323 יָרַט Distraxit, dispersit, distractus, perversus est *Num. 22. 31. vel 32.*

424 מָרַט Distraxit, avulsit, evulsit *pilos, plumas*, depilavit, glabravit. *Metaph.* expolivit, extersit.

619 פָּרַט *Maximè distraxit*, dispersit, sparsit, *sparsit rumorem*, proclamavit, clamavit, cecinit, cantavit, modulatus est *Amos. 6. 5. & sic verbum hoc convenit cum* שׁוּר

פֶּרֶט *m. Sparsus vel spargens succum*, P. II. *Græc.* βότρυς, βοτρύων, *Germ.* Traub. וּפֶרֶט בָּרְמְךָ לֹא תְלַקֵּט & botrum (*si quis hinc inde relictus est,*) vineæ tuæ non colligas *Lev. 19. 10. Aliis* פֶּרֶט *est vel* racemus, *vel*, acinus deciduus, *vel* granum, quod decidit.

טָרַח Distraxit, dispersit, dissipavit. 269
Hiph. Fut. אַף בְּרִי יַטְרִיחַ עָב etiam serenitas dissipat nubem *densam Job. 37. 11.*

טֹרַח *m. Distractio, abstractio, hinc* Abominatio, nausea, molestia.

יָצַר Distraxit, *Lat.* laceravit, *cum la* 652
prosthetico, avulsit, præcidit, scidit, incidit, *hinc* formavit, figuravit. *Futur.* וַיִּצֶר & formavit *Gen. 2. 7.*

רַץ *Part. præt. Pyh. pro* רָצָה *avulsus:* Frustum, fragmen. 736

מִצַּר *m. Lat.* Maceria, terminus.

צֶמֶר *m.* Lana. אֵילִים צֶמֶר arietes *cum* lana *i. e.* lanati *2 Reg. 3. 4.* 645

רָצַץ Distraxit, *Græc.* ῥάσσω, laceravit, confregit, contrivit, concussit, quassavit, conquassavit, collisit. 736

קָצַר Maximè distraxit, avulsit, abstraxit, præcidit, vindemiavit. 93
Contraxit, coercuit, arctavit. *Fut.* יִקְצֹר רוּחַ ἀφαιρεῖται, abstrahit, frangit animum, nehmt den Muth *Psal. 76. 13. Niph.* נִקְצַר Præscindi, averti, cohiberi, prohiberi, arduum, difficile esse. *Pih.* בִּצֵּר munitum locum fecit, munivit, *significatione verbi à nomine* בְּצֵר *ducta.*

בְּצֵר

P. II. 94 בְּצִיר *m.* Vindemia.

בָּצוּר בָּצִיר *Part. pret. Cal. Præcisus*, præruptus locus, munitio.

בְּצוּר *m. Græc.* βύρσα, munitus.

בְּצֶר בָּצֶר *m. Græc.* ὀβρυζον, obryzum, *ab* אָצַר *q. d.* thesaurus insignis.

בְּצַר * II. Filius Tzophach 1 Par. 7. 37.

בַּצֶּרֶת *f.* Cohibitio pluviæ, siccitas, sterilitas.

בְּצָרָה *f.* Cohibitio, difficultas *Psal. 10. 1.* angustia *Psal. 9. 10.*

מִבְצָר בְּצוֹן *m.* מִבְצָרָה *f.* Munitio, munitus locus. עִיר מִבְצָר urbs munitionis *i. e.* munitissima *2 Reg. 3. 19. Plur. cum Aff.* מִבְצָרֵיהֶם munimenta illorum *2 Reg. 8. 12.*

620 פָּרַץ *Maximè distraxit*, disrupit, diffregit, effregit, perrupit, irrupit, rupturam fecit. *Prat.* פָּרַץ הָאֱלֹהִים אֶת־אֹיְבַי בְּיָדִי כְּפֶרֶץ מָיִם disrupit Deus hostes meos per manum meam sicut ruptura aquarum *aggeribus coercitarum, quæ latè omnia vastantes abripiunt sata læta boumque labores 1. Par. 14. 11. Inf.* וְכִפְרוֹץ הַדָּבָר & postquam erupit res *i. e.* qua re divulgata *2 Par. 31. 5. Fut. cum He parag.* נִפְרְצָה נִשְׁלְחָה erumpemus, mittemus *i. e.* passim mittemus *1 Par. 13. 2. Hithp. Part.* הַמִּתְפָּרְצִים אִישׁ מִפְּנֵי אֲדֹנָיו qui abruptos se præbent quilibet à dominis suis *1 Sam. 25. 10.*

פָּרִיץ פָּרִיץ *formæ* אַבִּיר Violentus, latro.

P. II. פֶּרֶץ *m.* פִּרְצָה *f.* Ruptura, eruptio, irruptio, locus fractura apertus, hiatus.

מִפְרָץ *m.* Ruina.

פָּצַר Maximè distraxit, laceravit, lacessivit, vellicavit, ursit, institit. *Fut.* וַיִּפְצַר־בּוֹ לָקַחַת & ursit, ut acciperet *2 Reg. 5. 16.* 613

וְהָיְתָה הַפְּצִירָה פִּים *f.* פְּצִירָה לַמַּחֲרֵשֹׁת & erat lima *adhibenda* vomeribus *1 Sam. 13. 21.*

צָפַר Valde distraxit, laceravit, abstraxit, disjunxit se, avolavit. 651

צָפִיר *m.* Hircus. *lacer, hirtus, hirsutus, villosus.*

צִפּוֹר *m. Lat.* Passer, avis, avicula.

צִפֹּרֶן *m.* Unguis, ungula. II. Cuspis, stilus, scalprum.

צְפַרְדֵּעַ *m. Græc.* βάτραχος, rana.

פָּרַס ש *cum* ס *permutato:* Maximè distraxit, disjunxit, divisit, in frusta concîdit: *Lat.* partitus est, *Græc.* σπαράσσω. 619

פֶּרֶס *m.* Accipiter *distrahens, laceranς.*

פַּרְסָה פֶּרֶס *m.* *f.* Ungula.

רָפַס *vel* רָפַשׂ Maximè distraxit, sparsit *lumen*, scintillavit, radiavit, *Item*, dispersit, dissipavit, diruit, conculcavit, conturbavit, suppressit, depressit: *Germ.* trüb machen. *Hithp. Part.* מִתְרַפֵּס בְּרַצֵּי כֶסֶף perde radiantem ob frusta argenti *i. e.* ornatum vestibus argento tessellatis s. intertextis *Psal. 68. 31. Quo significatu* רָפַס *proximè accedit ad* סָרַח 734

רַפֵּסְךָ

P. H. רַפְסֹד רַפְסֹדָה *m. i.e.* רַפְסֹדָה *vel* רַפְסֹד *frustum distractum, pars distracta migrans i. e.* ligna distracta, succisa migrantia & per aquas agitata: *Sing. pro Plur. Lat.* Ratis, *Gall.* radeaux, raſeau.

מִרְפַּשׂ *m.* Conturbatio, conturbatum, *vel*, conculcatio.

623 פָּרַשׂ *Maximè diſtraxit*, diſſipavit, diſtendit, extendit, expandit, pandit, explicavit. *Fut. Cum He parag.* וָאֶפְרְשָׂה כַפַּי אֶל־יְהוָה & pandi manus meas ad Deum *Ezr. 9. 5. Pih. Inf.* בְּפָרְשׂ *cum* expandit *ſcil. lumen Pſal. 68. 15. Sic plenius verbum hoc ſcribitur Job. 36. 30.*

מִפְרָשׂ *m.* Extenſio, expanſio, diſtenſio.

685 קָרַץ Vehementer, multum diſtraxit, flexit, diſſipavit, avulſit. *Part.* קֹרֵץ בְּעֵינָיו flectens ſe huc illuc oculis ſuis, ἐνεύει ὀφθαλμῷ, nictans oculo *Prov. 6. 13.* קֹרֵץ עַיִן flectens huc illuc oculum *c. 10. 10.* קֹרֵץ שְׂפָתָיו diſtrahens labia ſua *c. 16. 13. Pih.* מֵרְחֹמוֹר קֵרַצְתִּי à luto avulſus, *ex luto extractus ſum Job. 33. 6.*

קָרֻץ *Part. Prat. Cal.* Avulſus, ejectus, diſſipatus, LXX. ἀπόσπασμα *Jer. 46. 20.*

קִרְצָא קֵרְצָא *m. Chald.* Diſtractio, laceratio, obtrectatio, calumnia, delatio, crimen, accuſatio.

679 קָצַר *Vehementer, multum diſtraxit, avulſit, præcidit, ſuccidit, hinc* abbreviatus, decurtatus, brevis, curtus fuit, factus, imminutus eſt. II. Meſſuit, demeſſuit. *Fut.* וַתִּקְצַר נַפְשׁוֹ בַּעֲמָל יִשְׂרָאֵל & abbreviata eſt anima ejus propter laborem Iſraelis *i. e.* Deus amplius ſe continere non poterat *Jud. 10. 16. Cum* ו *parag.* תִּקְצֹרוּן demetent *Ruth. 2. 9.* P. H.

קֶצֶר קָצֵר *m.* Brevis, curtus, contractus, præceps.

קְצִיר *m. I. Præciſio hinc* Meſſis, ſegetes præciſæ. *II. Diſtractio, extenſio,* Propago *extendens ſe.*

קֹצֶר *m.* Brevitas, imminutio, anguſtia.

655 צָרַע *Diſtraxit*, laceravit, lacesſivit, pupugit, perforavit. II. Leproſus fuit, *a nomine* צָרַע *Pih. Part.* מְצֹרָע leproſus *2 Sam. 3. 28. vel 29.*

צָרַעַת *f.* Lepra.

צִרְעָה *f. Lat.* Oeſtrum, *Græc.* οἶστρος, crabro.

731 רָטַשׁ *Diſtraxit*, laceravit, fregit, quaſſavit, confregit, contrivit, diſſipavit *Jud. 10. 8.*

736 רָצַע Diſtraxit, perrupit, perforavit, *Græc.* τιτράω, τρυπάω.

מַרְצֵעַ *m.* Subula.

734 רָצָא *Diſtraxit, diſperſit ſe*, diſcurrit, excurrit, cucurrit.

רָצַד *unde Pih.* רִצַּד Curſitavit, diſcurſitavit, ſaliit, exſiliit, ſaltavit. *Fut.* תִּרְצָדוּן quid exultatis montes gibboſi *Pſal. 68. 17. Ita Hebræi hoc verbum explicant. Alii aliter vertunt. Si verbum* רָצָה *à* רָצַד *deducitur,* תִּרְצָדוּן *explicari poteſt*: quid acceptos vos præbete? *quid præclarum in vobis eſt?*

רוּץ

P. II. 713 רָצַץ *Distrahere*, perrumpere, disrumpere, conterere, concutere: discurrere, accurrere, incurrere, concurrere, decurrere, excurrere, præcurrere. *Fut.* בְּךָ אָרוּץ גְּדוּד per te perrumpam agmen *2 Sam. 22. 30. Cum He paragogico* אָרוּצָה curram *c. 18. 19. vel 20.* יָרוּץ אֵלָיו incurrit in eum *Job. 15. 26.* וַיָּרָץ & discurrit *Jud. 7. 21. Hiph. Fut.* וַיָּרִיצוּ לְבַל־בְּנֵי הָעָם & distraxerunt, *diviserunt* in omnem plebem *2. Par. 35. 13.*

רָץ *m.* Currens, cursor, *Plur.* רָצִים לְפָנָיו currentes ante eum *i. e.* præcursores *2 Sam. 15. 1.*

מָרוּץ *m.* Cursus.

מְרוּצָה *f.* Concussio, cursus.

823 שֶׁרֶץ *m. Quod currit s. repit*, Reptile, reptilia animantia: *hinc Verbum*

שָׁרַץ Repsit, reptavit, abunde progenuit s. produxit *instar reptilium.*

735 רָצַח *Distraxit, dissecuit, secuit, discidit, hinc* occidit. *Fut.* תִּרְצַח *vel* תִּרְצָח occides *Exod. 20. 13. Deut. 5. 17.*

רֶצַח *m.* Occisio, discissio, confossio.

252 חָרַץ *Distraxit*, distrupit, *Græc.* χαράσσω, ὀρύσσω, dissecuit, discidit, præcidit, exscidit, statuit, decrevit: præcîdit, acuit. *Præt.* אַתָּה חָרַצְתָּ rectum est judicium tuum, tu decidisti *1 Reg. 20. 40.*

חָרוּץ *Part. Præt. Cal. Præcisus, præruptus, excisus, effossus. Plur.* חֲרוּצִים P. II. I. Tribulæ, plostella ferrea. II. Caseï, *Græc.* τυροί. III. Fodina *2 Sam. 12. 31. Sic* חָרוּץ *Dan. 9. 25. & Rabb.* חֲרִיצָה fossa *est.*

חָרוּץ *Part. Pah. & forma* שַׁבְּלוּל I. Excisus, præcisus, mutilus *Lev. 22. 22.* II. Sedulus, industrius, strenuus, sollicitus. III. Determinatus *Job. 14. 5. Substant.* Decisio judicii. IV. Tribula. V. Fossa. VI. Aurum, *Græc.* χρυσὸς. חָרוּץ גְּבֹהַּר aurum lectissimum *Prov. 8. 10.* לְמֹרַג חָרוּץ חָרָשׁ in tribulam excisam recentem dentatam *vel* habentem multa ora *Jes. 41. 15.*

חֲרוּצָה *f.* Tribula ferrea.

חֶרֶץ רַב *i. e.* חֲרַצַּב Constrictio maxima, angustia vehemens. *Verbum* חָרַץ *ut cognata etiam constringendi significatum habeat, ita ut* חֲרַצַּב *constrictionem maximam designet, cui in eodem commate respondet* אַגְרֹה *eique oppositum verbum* פָּתַח *solvit. vid. Jes. 58. 6.*

חַרְצַן *m. Lat.* Cortex, *Græc.* χρὼς, δέρμα, *Germ.* Rinde. *Juxta R. Salom. Kimchium aliosque est* acinus.

627 רָחַץ *Distraxit, abstraxit sc. sordes,* lavit, &c. *vel Distraxit, dissecuit, fodit, foveam, balneum fecit: hinc* lavit, lavit se.

רַחַץ *m.* Thermæ, balneum. *Aff.* סִיר רַחֲצִי Moab balneum meum, *vel*, olla lotionis meæ *est, in qua pedes lavem i. e. serviliter mihi subditus est Psal. 108. 10.*

רַחֲצָה *f.* Lotio, lavacrum, ablutio.

P. II. 653 צָרַח *Distraxit, dispersit, sparsit rumorem*, proclamavit, clamavit, exclamavit. II. *Contraxit.*

צָרִיחַ *Part. Prat. Cal.* Munitus, *Græc.* ἄκρος, *Lat.* arx, propugnaculum, turris munita.

חֲצֹצְרָה *f.* Tuba, crepitaculum.

718 רָחַץ *Chald. Contraxit, constrinxit, firmavit se, hinc* confisus est.

715 רָחַח *idem quod* צָרַח Proclamavit, clamavit, exclamavit.

מְרִיעַ מַרְעֵחַ *m.* Clamor, jubilatio.

SIGNIFICATIO III.

Contraxit, coercuit.

514 סָרָה *Contraxit, constrinxit*, coercuit, acris, acerbus fuit, *constrinxit*, firmavit, confirmavit, munivit.

סָרַח *cum ח parag.* סָרְבָא *Chald. Coercens*, moderator, princeps.

סָרְבִין *m. pl.* Eparchi, exarchi.

515 סִרְיוֹן *idem quod* שִׁרְיוֹן *m.* סִרְיָנָה *f. Lat.* Lorica: *lo est Syllaba prosthet.*

סָרָן *m.* I. Princeps, satrapa. II. Præfectura *Jos. 13. 3. Jud. 3. 3.* III. Circus, *Græc.* γῦρος, *Germ.* Ring. *Alii*, axis, tabula.

727 רֶסֶן *m. Lat.* Orea, frænum, lupatum: os, rostrum, *cui frænum injicitur Job. 41. 4.*

515 סָרַר *Firmavit, obfirmavit se, hinc* refractarius, contumax fuit.

סָר *m.* Refractarius, abalienatus.

צָרַר *Contraxit*, constrinxit, coercuit, colligavit, ligavit. *Part.* צֹרֵר הַיְּהוּדִים hostis Judæorum *Esth. 3. 10. Inf.* לְצָרֹר mulierem pariter ad sororem *i. e.* unam ad alteram non ducito jungendo vel copulando tibi matrimoniique nexibus constringendo utramque *Lev. 18. 18. vid. Maj. F. Obs. S. lib. 4. p. 11. Imper.* צֹר בְּחַבָּה constringe, adstringe vires tuas *Prov. 24. 10. Synon.* אָסַר בַּח *Nach. 2. 2. &* עָצַר צֹר תְּעוּדָה בַּח *2 Par. 2. 5. 1 Par. 29. 24.* constringe contestationem *Jes. 8. 16.* P. II. 654

צַר *m.* Arctator, hostis, æmulus *1 Sam. 2. 32.* angustus, angustia. בַּצַּר לוֹ in angustia ipsi *i. e.* ipsius *2 Par. 15. 4.*

צְרוֹר *m. Lat.* Sertum, fasciculus, crumena, loculus. II. Silex, *saxum globosum 2 Sam. 17. 13. Prov. 26. 8.*

צְרוֹרָה *f.* Fasciculus.

בְּסַר *Cum acerbitate scil. conjunctus? Lat.* Labrusca.

צְרֵרָה * Urbs in parte Manassis. *Cum He locali* צְרֵרָתָה *Jud. 7. 22.*

צָרָר *m.* ר *repetendo in* ה *mutato:* Angustia, necessitas, indigentia. 652

מְצַר *m.* Angustia, *Lat.* Maceria, terminus.

מָרַץ *Contraxit, coercuit*, constrinxit, acris, vehemens fuit, acuit, incitavit, ursit. 424

סוּר *Contraxit, attraxit se ad aliquem*, accessit: *Contraxit*, constrinxit, firmavit, obfirmavit se, refra- 499

ctarius

P. II. ctarius fuit, defecit, declinavit, discessit, recessit, divertit, degeneravit. *Synon.* סוג *vid. Psal. 14. 3. & 53. 4. Præt.* וַיֵּלֶךְ בְּכָל־דֶּרֶךְ אָסָא אָבִיו לֹא סָר מִמֶּנָּה & ivit in omni via Asa patris sui, non recessit ab eo *i. e.* Asæ patris sui mores imitatus est, neque ab eo degeneravit *1 Reg. 22. 43. Imp. cum He parag.* סוּרָה deflecte *Jud. 4. 18. Fut.* תָּסוּרוּ מֵאַחֲרֵי יְ׳ ne deficiatis à Domino *1 Sam. 12. 20. Hiph.* כִּי אִם־הַסִּירְךָ הָעִוְרִים וְהַפִּסְחִים nam recedere te faciet *quisque* cœcorum & claudorum *2. Sam. 5. 6. Imp.* הָסֵר מְבוּקֹתָיו dimove loco suo reges *1 Reg. 20. 24. Fut. cum He parag.* אֶת־רֹאשׁוֹ אֲסִירָה & caput ejus amputabo *2 Sam. 16. 9.* וַיָּסַר & abstulit *Job. 19. 9.* וַיְסִרֵם & deposuit eos *1 Sam. 17. 40.*

500 סֵרָה *f.* Recessio, dimotio, aversio, apostasia.

סִיר *m.* I. Olla, lebes. II. Spina.

סִירָה *f.* Olla. II. Hamus. *Plur.* בְּטֶרֶם יָבִינוּ סִירֹתֵיכֶם אָטָד antequam sentient ollæ vestræ dumum *suppositum i. e.* antequam incalescere cœperint, turbine abripiet illud *i. e.* citissimè abripiet *Psal. 58. 10.*

סוֹר *Part. Præt.* Recedens factus, apostata, degener. סוֹרָה *f.* Recedens, fugitiva.

סִרְפַּד *m.* Spina divisa: Paliurus.

637 צָרַר *Contraxit, constrinxit,* firmavit, *adstrinxit, incitavit,* acuit, *constrinxit,* coercuit, arctavit, inimicatus est, hostiliter egit, pressit, inclusit, ligavit, colligavit, *constringendo* formavit, finxit. *Præt.* וְצַרְתָּ עָלֶיהָ & obsidebis eam *Deut. 20. 12. Part. Plur.* צָרִים אֶת־הָעִיר עָלֶיךָ obsidentes sunt urbem contra te *Jud. 9. 31. Fut.* וַיִּצְרְרוּ & colligarunt *in fasciculos, in loculos retulerunt 2 Reg. 12. 10. vel 11. Hiph. Præt.* הֵצַר לְךָ premet te *Deut. 28. 52.* P. II.

צַר *m.* Angustus, arctus, *Substant.* angustia *Job. 38. 23. Græc.* σαυρὸς, *Lat.* crux, *Germ.* Creutz.

צָרָה *f.* I. Æmula. II. Angustia, anxietas.

צָרְתָנָה * *Cum He locali* *1 Reg. 4. 11. vel 12.*

צִיר *m.* I. *Græc.* θαιρὸς, *Lat.* Cardo. II. Legatus, commissarius. III. Dolor, tormentum. *Plur. cum Aff.* נֶהְפְּכוּ צִירַי עָלַי versa sunt tormina in me & apud me *Dan. 10. 16.* נֶהְפְּכוּ עָלֶיהָ צִירֵיהָ versi sunt dolores in eam *i. e.* doloribus correpta fuit *1 Sam. 4. 19.*

צֹר *m.* Rupes *firma,* acies, culter acutus.

צוּר *Inf. Cal.* Arctari, arctatio, angustia, בְּצוּר וְרוּם מִמֶּנִּי in angustia, quæ alta est præ me *i. e.* quæ altior & gravior est, quam ut ferre possim, ducas me *Psal. 61. 3. Vulgò hic vertunt:* ad petram, quæ altior me est, deduc me

Malè. Nam 1. בְּעַטְּךָ לִבִּי & בְּצוּר *in hoc versu sibi invicem respondent 2. Petra Davide tantum altior protectioni esse non potest. 3. Verbum* רוּם *quandoq;*

P. II. *etiam notat elationem, qua quis se contra aliquem effert, eumque premit, imò deprimit Num. 24. 7. Psal. 12. 9. 4. Nec aliam insinuat particula* מִמֶּנִּי *non aliter explicanda quam Num. 11. 14. grave est præ me i. e. gravius, quam ut ego ferre possim.*

צוּר *m.* Rupes, petra, acies, acumen. *Affix.* צוּרָם rupes eorum *Psal. 49. 15. Plur. Const.* צוּרֵי הַיְעֵלִים rupes rupicaprarum *i. e.* rupes abruptissimæ solis rupicapris vel ibicibus perviæ *1 Sam. 24. 3.*

צוּרָה *f.* Rupes.

מָצוֹר מְצוּרָה *m.* מְצוֹרָה *f.* Obsidio, munitio, propugnaculum, præmunitio obsidionalis.

§ 16 סָתַר *pro* סָרַר *& hoc pro* סָרָה *Contraxit*, constrinxit, *concluſit*, occlusit, abscondit. *Niph. Præt.* נִסְתְּרָה abscondita est *Job 28. 21. Part. f.* נִסְתָּרָה res abscondita, caligo, tenebræ *Psal. 19. 13. Futur. cum* שׁ וַיִּשְׁתְּרוּ לָהֶם שׁ עֲפָלִים & constricti sunt ipsis podices *1 Sam. 5. 9. Alii aliter vertunt.* וְאֶסָּתֵר מִמֶּנּוּ ut abscondam me ab illo, *ut devitem illum Psal. 55. 13. Hiph. Fut.* תַּסְתִּירֵנִי מִסּוֹד מְרֵעִים abscondas me a consilio improborum *Psal. 64. 3.*

סֵתֶר סִתֶּר *m.* Occultationis locus, absconsio, abditum, latibulum, latebra, occultum. דְּבַר־סֵתֶר לִי אֵלֶיךָ verbum secreti est mihi ad te *i. e.* habeo ad te quiddam arcanum *Jud. 3. 19.* וְסֵתֶר פָּנִים & absconsionem faciei *i. e.* larvam adhibet *Job. 24. 15.* בַּסֵּתֶר in occulto, occultè *Deut. 27 24.* בְּסִתְרֵי הָהָר per occulta montis *1 Sam. 25. 20. Plur.* לֶחֶם סְתָרִים panis latebrarum *i. e.* clandestinus *Prov. 9. 17.*

סִתְרָה *f.* Latebra, protectio. יְהִי עֲלֵיהֶם סִתְרָה sit vobis præsidio *Deut. 32. 38.*

מִסְתּוֹר מִסְתָּר *m.* Latibulum, locus occultationis, absconditum.

מַסְתֵּר *m.* Abscondens, *vel*, absconsio, tectio.

מַשְׂרֵת *m.* Patella cum operculo.

סָתַר *Chald.* Abscondit, removit, demolitus est, destruxit. § 14

אָסַר *Contraxit*, constrinxit, coercuit, ligavit, obligavit, vinxit. 45
Inf. לְאָסוֹר שָׂרָיו בְּנַפְשׁוֹ ut coerceret *i. e.* ut regeret principes ejus pro arbitratu suo *Psal. 105. 22. Fut.* יֶאֱסֹר *unde* וַיֶּאֱסָרֻנִי vincient me *Jud. 16. 6.* וַיַּאַסְרֵהוּ בֵּית כֶּלֶא & conjecit eum in carcerem *2 Reg. 17. 4.* וַיַּאַסְרֻהוּ בַּנְחֻשְׁתַּיִם & vinxerunt eum duabus catenis *Jud. 16. 21.*

אָסוּר *Part. Pah.* Vinctus. *Plur.* אֲסוּרִים solvit vinctos *i. e.* ægrotos *Psal. 146. 8. conf. Luc. 13. 12. 16. Jes. 61. 1.*

אֵסֶר *m.* I. Interdictum. II. Votum. III. Obligatio.

אֲסַר אֲסָרָא *Chald.* Interdictum.

אֵסוּר *Chald.* Vinculum.

אָסִיר *Part. Pih.* Vinctus.

P. II. אֵסָר *m.* Obligatio, religio.
מֵסֹרֶת *f.* Vinculum.

19 אָזַר Constrinxit, ligavit, obligavit, circumligavit, cinxit, accinctus est, accinxit se, *Germ.* ſchürtzen. *Imp.* אֱזָר־נָא כַגֶּבֶר חָלָצֶיךָ accinge quæſo ut vir *ſolet*, lumbos tuos *i. e.* para te *Job. 38. 3.*
אֵזוֹר *m.* Cingulum, cinctura. וַיְאַסֵּר אֵזוֹר בְּמָתְנֵיהֶם & conſtrinxit cingulo lumbos eorum *Job. 12. 13.*

196 זָעַר *Contraxit, conſtrinxit*, minuit, comminuit.
זְעַר *m.* Puſillus, modicus.
זְעַר *m.* Modicum, pauxillum, paucum, pauliſper, parumper.
זְעִירָה *Chald. f.* Parvum.

538 עָזַר *Contraxit, conſtrinxit, concluſit, cinxit, cuſtodivit, hinc* Juvit, adjuvit, auxiliatus eſt, auxilio, adjumento fuit, opem tulit. *Part.* מֶלֶךְ עֹזֵר rex auxiliarius *1 Reg. 20. 16.* אוֹרֵי הַמִּלְחָמָה juvantes bellum *i. e.* milites auxiliares *1 Par. 12. 1. Cum Aff.* יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי Jehova eſt mihi pro auxiliantibus meis, *Jehova ſtat loco auxiliantium mihi Pſal. 118. 7. Sic R. Moſe apud Aben Ezr.* ב *pro* תַּחַת *exponit. Similem locutionem vide in* סָמַךְ *Futur.* יַעְזְרֻכֶם opitulentur vobis *Deut. 32. 38. Niph. Fut.* וַיֵּעָזְרוּ עֲלֵיהֶם & adjuti ſunt *ſcil. à Deo* adverſus eos *1 Par. 5. 20.*
עֹזִי * I. Filius Jeſchuæ. II. Pater Chuſchæ *1 Par. 4. 4.* III. Gadita c. 12. 9.

P. II. עֻזִּי * II. Cantor Nech. 12. 42.
עֻזִּיאֵל * II. Pater Jerimoth 1 Par. 27. 19. III. Filius Serajahu Jer. *36. 26.*
עֻזִּיאֵלִי * III. Quidam ex tribu Davidis 1 Par. *3. 23.*
עֲזוּרָה *f.* διάζωμα, præcinctio, *Germ.* Schrancken 2 Par. 4. 9. 6, 13. Ezech. 43. 14.
עֻזִּיָּה * I. Rex Judæ 2 Reg. 15. 1. qui v. 8. dicitur Azarjahu & v. 30. Uzijah. IV. Filius Jehu 1 Par. 2. 39 V. Filius Tzephaniæ 1 Par. *6.* 21. alias Uzzijah filius Uriel dictus v. 9. VI. Filius Jerocham centurio 2 Par. 23. 1. VII. Unus ex ſociis Danielis, qui poſtea Abednego Dan. 1, 6. 7. VIII. Filius Hoded 2 Par. 15, 1. vocatus & ipſe ut pater Hoded v. 8. IX. Fuit & aliorum nomen Ezr. VIII. 1. 3. Nech. III. 23. VIII. 7. X. 3. Jer. 43, 2.
עֻזִּיָּהוּ * I. Filius Tzadok הַכֹּהֵן *i. e.* antiſtes in aula Salomonis 1 Reg. 5. 1. vel 2. II. Filius Joram, rex Judæ 2 Par. 22 6. qui & Achazjahu v. 1. & Jehoachaz c. 21. 17. III. Filius Nathanis, procurator Salomonis v. 4. vel 5. IV. Filius Amatziæ Rex Judæ 2 Reg. 15. 6. qui & Azarjah c. 14 21. & Uzzijah c. 15. 30. V. Sacerdos 2 Par. 26. 17. ubi quædam Exemplaria habent Azarjah. VI. Filius Obed, centurio 2 Par. 23. 1. VII. Sacerdos 2 Par. 31. 10. Alia Exemplaria habent Azarjah, idem etiam dicitur Tzadok.
עֲזִיר * II. Pater Ananiæ Jer. 28. 1. III. Unus è primoribus populi Nech. 10, 18.

אָטַר *Contraxit*, conſtrinxit, concluſit, occluſit, præcluſit. 27
אָטוּר *Part. Pih.* Præcluſus.

עָצַר *Contraxit*, conſtrinxit, concluſit, clauſit, obſedit, arctavit, 570 cinxit, texit, juvit, adjuvit, incluſit, oc-

P. II. cluſit, continuit, detinuit, cohibuit, coercuit, imperavit, *Græc.* κρατέω. *Prat.* וְלֹא עָצַר כֹּחַ עוֹד nec valuit poteſtate deinceps 2 Par. 13. 19. *Part.* וְאֶפֶס עָצוּר וְעָזוּב & nullus eſt qui tectus *vel* circumvallatus eſt & qui relictus eſt, *inermis & omni auxilio deſtitutus Deut.* 32. 36. אִשָּׁה עֲצָרָה־לָּנוּ mulier clauſa fuit nobis *i. e.* abſtinuimus à mulieribus, *cum mulieribus nihil nobis rei fuit* 1 *Sam.* 21. 5. *vel* 6. *Inf.* וְאֵין לְבֵית אֲחַזְיָהוּ לַעֲצֹר כֹּחַ לַמְּמְלָכָה & non erat domui Achazjahu robur, ut retineret regnum *i. e.* non erat, qui regnum vendicaret 2 Par. 22. 11. *Fut. cum He parag.* נַעְצְרָה volumus retinere te *Jud.* 13. 15. *Cum Aff.* וְלֹא יַעְצְרֶנָּה הַגֶּשֶׁם ne concludat, *circumdet*, *opprimat* te pluvia 1 Reg. 18. 44. כִּי־נַעְצֹר כֹּחַ לְהִתְגָּרֵב ut teneamus vires ad ultro conferendum 1 Par. 29. 14. הֵן יַעְצֹר בַּמַּיִם ecce cohibet aquas & exſiccantur Job. 12. 15. *Niph. Part.* נֶעְצָר detentus, qui continebat ſe, *ut ſcil. adoraret ad tabernaculum fœderis. Quidam ajunt, legis diſcendæ gratia, alii religionis* 1 *Sam.* 21. 7. *vel* 8. *Fut.* וְתֵעָצַר הַמַּגֵּפָה מֵעַל הָעָם ut cohibeatur clades à populo 2 Sam. 24. 21.

עֹצֶר *m.* Occluſio, coarctatio, tyrannis *Pſal.* 107. 39. cohibitio, anguſtia *Prov* 30. 16.

עָצָר *m.* κράτος, imperium.

עֲצֶרֶת עֲצָרָה *f.* Interdictio, prohibitio, detentio, abſtinentia *ab opere*, *hinc* dies feriatus. P. II.

מַעְצֹר *m.* Coercitio, imperium.

מַעְצוֹר *m.* Prohibitio, impedimentum. כִּי אֵין לַיהוָה מַעְצוֹר לְהוֹשִׁיעַ בְּרַב non eſt prohibitio Domino, ut ſervet cum multo aut cum pauco *i. e.* non difficilius eſt Domino exiguis copiis vincere quam magnis 1 Sam. 14. 6.

§ 80 עָרַץ *Contraxit*, *conſtrinxit*, conſtrictus, conſternatus fuit, formidavit, timuit, anxius fuit. II. *Conſtrinxit*, *arctavit*, *coercuit*, domuit, ſuperavit, vicit *Jeſ.* 47. 12. *Fut.* לֹא תֵעָרֵץ מִפְּנֵיהֶם non anxius ſis à facie illorum Deut. 7. 21.

עָרִיץ *Part. Prat. Cal.* Violentus, formidabilis Pſal. 89. 8. tyrannus, validus, prævalidus. *Plur.* עָרִיצִים coercentes, urgentes opus Prov. 11. 16.

עָרֻץ *m.* Clauſura, Clauß: *Alii*, terribiliſſimus locus, *alii*, ruptura, concavitas.

מַעֲרִיץ *Part. Hiph.* Res terrorem incutiens, pavor, terror.

מַעֲרָצָה *f.* Violentia.

§ 40 עָטַר *Contraxit*, *conſtrinxit*, concluſit, circumcluſit, circumcinxit, circumvallavit, circumtexit. *Pih.* עִטֵּר coronavit.

עֲטֶרֶת עֲטָרָה *f. Græc.* τιάρα, tiaras, diadema, corona. עֲטֶרֶת גְּאוּת שִׁכֹּרֵי אֶפְרַיִם corona inſolentiæ ebrioſorum Ephrajimi Jeſ. 28. 1. In conviviis ſibi coronas

P. II. coronas imposuerunt Israelitæ. Istæ ex palmis vel liliis confectæ erant & unguento madidæ. *Conf. Sap. 2. 8. Cant. 6. 1. & Maji F. Observ. Sacr. l. 3. p. 119.*

587 עָתַר ט *cum* ת *permutato: Contraxit, constrinxit, urfit, hinc* multis oravit, instanter oravit. *Niph.* נֶעְתַּר לָהֶם exoratus est ab eis 1 Par. 5. 20. *Part.* נַעְתָּרוֹת oscula inimici sunt constricta *i. e.* coacta, *ex falso corde provenientia Prov. 27. 6. vid. Comm. nostrum in Prov. Fut.* יֵרֵעָתֵר לָאָרֶץ & pacatus est terræ c. 21. 14.

588 עֹתֶר *m.* עָתֶרֶת *f.* Abundantia *gr.* πιεσμένον, *pressum, compressum,* ein vollgedruckt Maaß.

עֲתָרִים *m. pl.* Supplices.

